& deducendo competat interdictũ, quod ius:causam proprietatis conti net.l.ii.§.iuris. ff. de interdict. Et in illa, detur etiam utilis rei uẽdicatio, adiecta causa ex iure quiritum.ff. de rei uend.. l. i.§. per hanc,ut late per Iser.in constitu.regni patarenorum. Prout in simil.statuto, prohibente uxorem contrahere sine cõsensu uiri, dicit ipsum esse fundatum super dicta naturali ratione, Andr. Tiraquel.in tract.ll.cõnu.Glos.vi.q.xix. num.173.Conformaturq; talis ratio cum iure com nuni.d.l. cum non solum.§.ipsum. uersi. melius enim est, Vbi dicit tex.q̃ ideo filius fam. non potest alienare sine consensu patris, quia m lius est,iuueniles calores cohartare,ne filii fam. cupidini dediti, tristem exitum sentiant patres, qui post dispersum patri nonimm, eos expectãt in alen lo.Nõ omicto quod istis diebus,super ista.q.dicebat,Eximius doctor,Ioan.Anto. de Nigris, q̃ iudicio suo ratio istius prag. non solum fuerit interesse patris, sed etiam
19 reip.+cui? interest,ne qs,rebus suis, male utatur.Instit.de his qui sunt sui uel alie.iur.§. sed maior in fin. coniungendo (secundum eum) utrunq; interesse,patris,& publicum. Et ratio quæ ipsum mouebat,erat, quia si solũ pro interesse patris, quod prætendit in bonis filii, facta fuit hæc prag.sequeretur a cessante ratione, q̃ ista prag.non haberet locũ,quãdo filius fam. contraheret in bonis castrensibus, & quasi, ubi ius pater nõ prætendit. d. l. cum non solum. Sed pace suã,hoc mihi non obstat, quia
20 ego teneo sic+ limitãdo istam prag. secundo modo,q̃ eius dispositio,nõ uendicet sibi locum in illis bonis:Cũ clarum sit, q̃ in eis reputatur ut pater familias.in§.i. quibus nõ est permiss.face.testa.in prin. uersi.ex hoc. Et ideo, ut euitetur tot legum cor-
21 rectio + (iuxta.l.præcipimus.C.de appella.) dicendum est, in ipsis locũ nõ habere.Ea enim quæ contra iuris rationem uidentur, ad ius cõmune reduci debent. l. ex facto. ff. de uulga. suosti.not. per Iser. in consti. regni cum iustiti æ. in fin. Cum & alias ha-
22 beatur,+ statutũ interpretari,ut minus ledat ius commune.l.ii.C.de noxa.c.cum dilectus.de consue. Alexã. consi.13.uol. iii. Et tanto magis dici debet, q̃ ratio istius prag. fuerit interesse patris, cum hoc naturalis ratio suadeat, ut proxime dictum est. quia ut dicit Cyn.in. l. non dubium. C.de legi. quem refert, & sequitur Afflict.in constitu.regni asperitatẽ.
23 vi.not. in fin. quotiescunq; + lex nõ exprimit rationẽ (prout ista prag.) possumus cogitare rationem naturalem,quæ potuit mouere principẽ: allegat tex.in. l. oratio. ibi suppleatur.ff.de sponsa.Et sic,cum ratio naturalis sit illa,de qua dictum est,omnino,dici debet, q̃ talis fuerit ratio,
24 quæ cõditores mouit.+ Nec obstat consilium Alex.quod in prin.q.allegaui,quia intelligitur ꝓcedere,quando in lege in qua,non est expressa ratio,multæ rationes assignari posset, tunc enim uerum est, q̃ super ratione ipsius, non potest fieri fundamentum . Sed in lege in qua, licet non sit expressa,non possunt plures assignari(ut hic)in qua non alia dari potest,

§ prædicta, secus est: & pro expressa reputatur, ac in ea, fundamentum fieri debet. secundum eund. Alexan. consil. 24. nu. 44. uersic. in quibus locis. in fin. uol. ii. & consi. 22. col. i. uol. iiii. per Glos. & Bal. in. l. quãuis. C. de fideicom. sequitur Cæpoll. cõs. crimi. 74. col. pen. & Affli. in preal lega. constitu. vi. not. Mirum tamen est, ꝙ in ipsa condenda, non allega-
25 uerint rationem, + cum reges, quando faciunt pragmaticas sanctiones, debeant ipsas, per bonam rationem iustificare, ut fecit Imperator in. d. consti. asperitatem. ibi nec indigne,
26 ubi per Afflict. Eo ꝙ ratio + dicitur esse uirtus, & substãtia legis. ut not. Bald. in. c. i. de constitu. Et in. l. i. §. in primo. C. de cadu. tolle. ꝙ dicitur esse ipsius clipeus. ut late prosequitur Afflict. in. d. constitu. & Zas. in. l. nõ omnium. nu. I. & l. nulla. nu. 2. ff. de legi. Sed ratio, cur nõ assignauerint, potuit esse, quia ipsi uiderunt, præfatam rationem esse in promptu, & ideo ipsam habuerũt pro expressa. cogitabis tamen.

Prosper Carauita.

SVMMARIVM.

1 Verbum præsumpserit, effectum importat, & non conatum.
2 Intellectus. l. final. C. de reuocandis dona.
3 Limitatio tertia, ad pragma.
4 Verbum præsumat, refertur ad eum qui temerarie agit.
5 Notarius, non potest ignorantiam allegare.
6 Operarius, qui intrauit fundum causa laborandi, non tenetur pœna statuti.
7 Limitatio quarta ad pragma.
8 Statutnm prohibens contrahere, habet locum, etiam ad pias causas.
9 Statutum prohibens contrahere, uidetur prohibere etiam facere ele mosinam.
10 Modica non curantur.
11 Ampliatio quarta ad pragma.
12 Princeps, ius tertii tollere non potest sine causa. etiam per uiam legis. numero. 15.
13 Pragma. ista, includit etiam fiscum, & principem contrahentem.
14 Constitutio diuæ memoriæ, non habet locum in principe, uel regia curia.
16 Princeps, habet iurisdictionẽ a Deo.
17 Dispositio principis, auferens dominium tertii, in nullo foro est seruanda.
18 Pragmatica ista, nititur super ratione naturali.
19 Statutum, quod nititur ratione naturali, ligat etiam principem.
20 Contra fiscum, in dubio iudicari debet.
21 Limitatio, ad. l. inquisitio. C. de solutio.
22 Ampliatio quinta ad pragma.
23 Pragmatica ista, an in quasi contractu, locum habea? remissiue.
24 Administrans pecunias regiæ curiæ, & eis utens, qualiter obligetur?
25 Officialis furans pecuniam publicam, in magna quantitate, qua pœna tenetur?
26 Officialis male se gerens, quo modo tenetur?
27 Pater filii officialis, tenetur ut fide-

iussor.
28 Filius famil.in iudicio, dicitur quasi contrahere.
29 Filius fam.prohibitus alienare, prohibetur etiā alienare, delinquēdo.
30 Pactum pro modo capitur.
31 Color quæsitus in hac pragma. quid importet?
32 Color, aliquando pro uenustate capitur.

§ VI.



AVDEAT, NEQVE PRAESVMAT, ALIQVO PACTO, SIVE QVESITO COLORE. ¶Quæro iuxta uerba posita in ista pragma. pone ꝙ notarius fecit suum posse, & omnem conatum, ut stipularetur contractum filii fam.non seruata forma istius prag. demum facto contrahentium nō recepit, quia non concordauerunt inter se, nunquid pœna istius prag. locum habeat? Prima facie, dicendum uidetur ꝙ sic, ex quo ista prag. utitur uerbo præsumpserit. Sed breuiter
1 tene contrarium. ✝ quia hoc uerbū præsumpserit, effectum importat, et non conatum, ut dicit Ripa. in repe. l.fina.q.xxv.C.de reuoca. dona. per tex.in.c.ueritati.uer. celebrare præsumpserit de dol.& contu.c. fraternitati.uersi. appellare præsumpserit de eo qui cogno.consang uxo. suæ.
2 ✝ Inferens ex hoc, ad intellectum.d. l.fin.ꝙ non habeat locum, in eo qui tentauit, uel præsumpsit occidere do
3 nantē, & non fecit. Quæ not. ✝ pro tertia limitatione istius pragma. ut ex prædictis, non procedat, non sequuto effectuali contractu, cōtra formam ipsius. ¶Iterum quæro, pone ꝙ non esset facta, secunda dispositio istius prag.quæ incipit in illis uerbis, Et postea instantibus, in qua datus est modus notariis, euadendi pœnā, & notarius, iusto errore ductus, credens contrahentem, non esse in alterius potestate, accepit contractū, nunquid pœna primæ prag. punire tur? Breuiter tene ꝙ non, quia hæc pragma. loquitur per dictum uer bū
4 præsumat ✝ quod uerbum, refertur ad eum qui temerarie, & dolose, fecit actum, non ad eum qui bona fide & ignoranter: secundum Rip. in. d.l.fin.q.xxv.per Glos.in rub.extra. de præsumption.tex.in.c.ii. de iudi. ubi Abb.& Fely.not.ꝑ Glo.in auth. de nupt.§. sic itaq; in uer. ꝓsumptiue, & latius ꝑ eund.Fel.in.c. uide.de test.ad quem te remitto pro hoc uerbo præsumere. Bene tamen uerum est, ꝙ postq̄ emanauit secunda dispo
5 sitio, cessant ista, ✝ & non potest notarius ignorantiam, & iustum errorem allegare, nisi interrogauerit filium fam.facta de hoc nota in instrumento, ut disponitur in ea, & dicemus infra. in. §. & notarii. Alias si non emanasset, & notarii fuissent decepti iusto errore, non punirentur: per ea quæ dicit Ioan. Baptist. de sanct. Seue. in repe. l. omnes populi.vi.quæst.iiii.quæst. principalis. ff.de iusti.& iur.ubi ꝙ si statutum dicit, ꝙ nullus audeat, uel ꝓsumat sub

tanta pœna, intrare possessionem al
6 terius + & alios mercede cōductus, intrauit ut operarius, & ibi operatus est, nō tenetur pœna statuti, quoniam de intrante dolose, & iniuriose, intelligitur: allegat Glos. in l. si rem. §. tignum. ff. de rei uendi. & Bar. in l. i. ff. si quis testa. liber. esse
7 iuss. fue. Quæ not. + pro quarta limitatione. Vt sic, hæc prima prag. non procedat in notario ignorante, ex iusta causa, si secunda dispositio prag. non esset facta. ¶ Nota ista uerba, aliquo pacto, siue quæsito colore, quia faciunt ad confirmationem opin. illorum, qui dicunt, ꝙ stante simili statuto, non potest filius. fa. contrahere, etiam si contractus tenderet in utilitatem ecclesiæ, aut ad pias causas: & q̄uis non nulli tenuerint contrarium, ut dicit Bal. in l. generali. q. i. & . ii. C. de sacro. sanct. eccle. Paulus de castr. & alii ibi dem. & Bal. cons. 93. super dictis pū tis. uol. ii. Corne. cons. 259. in litera d, uol. iiii. & cons. 131. in litera c, & seque. eo. uol. cum adductis per eū:
8 tamen uerior est opin. contraria: + Tū quia ubicumq; lex, uel statutum prohibet contrahere sine consensu alterius, in fauorem con sentire uolentis ut hic est, & diximus in præcedenti. §. nu. 15. nunq̄. censetur remissa talis sollennitas, fauore piæ causæ. ut dicit Andr. Tiraquell. in tract. ll. connu. glos. vi. nu. 171. per ea quæ notat Bal. in l. i. C. de sacro. sanct. eccle. & alia notatu digna quæ ipse allegat, Tū etiam quia ista prag. reprobat omnes contractus factos sine eius sollennitate, sub quo uis pacto, seu quæsito colore, propter quod, color & fauor piæ causæ, in hoc nō proderit. ut latius tenet idem Tiraq. in d. tract. glos. iii. q. xx. nu.
9 192. Plus ibi concludens + ꝙ stante simili statuto nec elemosinam pauperibus dare poterit. Quod tamen tu intellige cum grano salis, nisi de re minima tractaretur: ex eo quia re-
10 gulariter + de modicis non est curandum. ut dicit tex. ubi casus optimus pro hoc in c. & si quæstionis de simo. Glos. in uer. filiis in salutatione. vi. libri. cum simil. quæ latissime congerit Cæpoll. in l. i. §. sed sciendum. nu. 86. cū seque. ff. de ædil. edict. ubi ponit multos casus in qui-
11 bus de modicis non curatur. + Per quæ ampliatur quarto modo procedere hanc prag. etiam in contractu ad pias causas. ¶ Item, per eadem uerba quæ hic ponuntur, aliquo pacto siue quæsito colore, confirmatur aliud dictum doct. ꝙ stāte simili statuto, non ualebit contractus, etiam si fuerit contractum cum regio fisco, aut principe: quia ut dictum est hæc prag. pro interesse patris facta
12 est, & sic respicit ius tertii, + quod sine causa princeps tollere non potest. l. quoties. C. de præci. impera. offe. & l. fina. C. si contra ius uel util. publi. & q̄uis non nulli tenuerint cōtrarium, quos uidere poteris penes Tiraquell. d. tract. ll. connu. glos. vi. q. xix. nu. 172. inter quos, est Ange. de aret. in quodam suo consilio. inter cons. Soccy. 302. diligenter thema propositum. col. iii. uer. ii. respōdetur. uol. ii. tamen ut uides quo uis pacto, aut quæsito colore reprobantur contractus

tur contractus facti per filium fa. ex
13 tra sollēnitatem istius prag. ✝ prop
ter quod etiam fiscum & principe
cōtrahentem includet: de quo, cum
colloquiū haberē cū Eruditissimo
Doctore, Domino Ioanne Nicolao
Carauita, respondit mihi se aliter
de iure sentire, ea quidem ratione,
quia in generali sermone, non uenit
persona loquentis. l. inquisitio cum
concor. allegatis ibi per Glos. C. de
solut. cui rationi, satis uidentur fa
cere quæ pulcherrime tradit, Ex-
cellens Dominus Marinus Freccia
in tract. de sub feu. lib. ii. q. xxxi. ubi
14 cōcludit ✝ ꝙ consti. regni diuæ me-
moriæ, quæ requirit spetialem assen
sum, in alienatione rei feudalis, nō
habet locum, quando uaxallus con-
trahit cum principe, uel regia curia,
per rationem prædictam. d. l. inqui-
sitio. Sed parcat mihi Dominus fra
ter meus, in hoc demonstrauit se es-
se fisci patronum, & merito Fisca-
lem: Pro cuius opin. ueritate, Primo
considerandum est quod & supra
diximus, ꝙ ista prag. facta fuit pro
interesse patris, & merito respicit
ius tertii: quod princeps tollere non
potest ut supra conclusum fuit: Idq;
15 procedit, & uerum est, ✝ etiam si
id uelit facere per uiam legis, quan
do nō subest causa publicæ utilita-
tis. l. uenditor. §. si constat. ff. com-
mu. prædio. not. Innoc. in. c. quæ in
ecclesiarum. de constitu. Bar. in pro
he. ff. ubi late moder. & idem Bar.
in. l. i. in fine. ff. de consti. prin. Tan-
toq; fortius uerum esset, si id uelit fa
cere per uiam contractus. Nam ut di
cit Bar. in. l. fin. C. si cōtr. ius uel uti.

16 pub. ✝ princeps habet iurisdictionē
a deo, & sibi non fuit tributa, causa
peccandi, & bona alterius iniuste
auferendi: Et idem tenet Domin. in
. c. authoritate de priuile. in. vi. &
Bal. in. l. si testamentum. C. de testa.
Immo ut dicit Cardina. cons. 147.
dominus noster papa. & Domini. in
c. i. col. iii. de summa. trini. & fide.
17 catho. in. vi. ✝ dispositio principis,
per quam dominium alterius aufer-
tur, non est seruanda, nec in foro ani
mæ nec ciuili, etiam si id faceret de
plenitudine potestatis. ut tradit Bal.
in. l. iubemus in prin. C. de sacro.
sanct. eccles. estq; cōmunis Docto.
opin. ut late congerit Fely. in. d. c.
quæ in ecclesiarum. pulchre Afflict.
in const. regni instrumentorum. q.
xii. uer. sed iuxta hāc. nu. xv. & latis
sime post omnes, Excellēs, Sacri Re-
gii Consilii, Consiliarius bene meri-
tus, Dominus Nicolaus franciscus
Constantius, in quibusdam allega-
tionibus quas habeo ad pennam, in
causa Ill. Marchionis Yliceti. uers.
non obstat. Secundo cōsiderandum
est quod etiam dictum fuit in. §. præ
cedēti nu. 17. ꝙ ista prag. dum habu
18 it respectum ad interesse patris, ✝
mota fuit naturali ratione, quæ se
habet, ut filius qui est in potestate
patris, & sibi obnoxius & subiectus,
non possit quicquā facere sine eius
consensu, quod sibi noxium sit: quo
19 casu dicunt Docto. ✝ ꝙ per statu-
tum quod naturali nititur ratione,
ligatur etiam princeps. secundum
Bal. in. c. i. §. fin. de his qui feud. dar.
poss. in. c. i. §. ad hoc col. vii. de pac.
iura. firma. in titu. de pac. constant.

uerſ.uel per aliam perſonam.& in procem.C.col.v.& Zaſ.cõſ.15.nu. 14.uol.i. Et ideo Chilo laconius in ſuis apoteg.ut refert Eraſ.lib.ii.apo teg.chilonis.25.monebat, obtemperandum eſſe legibus, hocq; ad principes pertinere, qui ſe credunt non teneri legibus: cum non aliunde magis floreant reſpu. q̃ ſi legum uigeat authoritas: nec ibi tirannis oriri poteſt, ubi ex arbitrio priſcarum legum, geruntur omnia. Tertio quia iſta opin.tendit cõtra fiſcũ,
20 + contra quem in dubio iudicari debet, uulga.l.non puto.ff. de Iur. fiſci, quam in alia.q.contra fiſcum, Allegat Iſer.in conſt. regni uiolentias & in.c.i.in fin.in titu.impera. Loth. ubi nimium inuehit contra offuſcãtes perperam eorum dicta, ut fiſco complaceant. Quarto argumentabor, pro ut argumentatur Bal.conſ. 27.pridie enim.col.pen.uol.iii.ſecundum antiquam impreſſi.& poſt eum, celeberrimus Doctor, & noſtra memoria, iuris Monarcha: Dominus Io.Angelus Piſanellus, in quibuſdam allegationibus quas habeo ad pẽnam in fauorem Ill.Marchionis iulianæ uer.tertio circa finem.ꝙ aut obſeruantia iſtius prag. eſt ius æquum,& tunc etiam principem cõ trahentem, & Regiam curiam includet, cum æquitas,omnibus communis ſit. Aut iusiniquum, & tunc idem, cum retorqueri debeat contra utentem iure iniquo. tot. tit. ff. quod quiſq; iur. Nec in aliquo obſtant quæ in contrarium adducta ſunt:& primo.d.l.inquiſitio.quia regula.d.l.non ſemper uera eſt: quin immo in multis aliis iuribus contrarium deciditur, ut patet ex gloſ.
21 .l.qui inſulam.§.fina.ff. locat. + limitabimuſq;.d.l. non procedere ex prædictis: quando ſi princeps, uel perſona loquentis, non includeretur, iuri tertii fieret præiuditium.Secundo non obſtat deciſ.Excell.Domini Marini, quia ea in caſu diuerſo procedit, ex quo illa conſtitu.non reſpicit ius tertii, ſed ipſius tantum principis, qui bene uidetur contrahendo relaxare ſollemnitatem re-
22 quiſitam: quinimmo conſentire.+ Quæ not. pro quinta ampliatiaone iſtius prag. ut ſic procedat etiam ſi filius fa. contraheret cum Regio fiſco, aut principe. ¶ Iuxta prædicta, neceſſario & congrue quæri poteſt, ex quo hæc pragm.tam in con-
23 tractu, + q̃ in quaſi contractu, locum habet, ut dicemus infr. in.§. contractus nu.37.nunquid pari ratione ſicut ex prædictis includit regium fiſcum contrahentem cum filio fa.includat etiam ſi quaſi contrahat? ita ꝙ ſicut primo caſu, filius fa.non obligatur, etiam in ſecundo non obligetur? ut puta ſi adminiſtraſſet pecunias regiæ curiæ & debitor remãſiſſet, uel aliud officium exercuiſſet: ſuper quo Acutiſſimus Doctor, Auguſtinus Carauita frater meus, dicebat mihi, ꝙ iudicio ſuo ſecus ſibi uidebatur in iſtis quaſi cõ
24 tractibus, ex eo quia + ille qui adminiſtrat pecunias regiæ curiæ & eis utitur, ad reſtitutionem obligatur, alio modo q̃ per ſimplicem quaſi contractum, uidelicet. De Iure communi, ex lege iulia de reſiduis.

l.iii.ff.ad.l.Iul.pecu. Et de iure isti us regni, Aliquando pœna furti. ut in.c. regni radix omnium. malorum Et aliquando pœna nonupli, & alia arbitraria .c.regni uulgaris famæ proloquium &.c.ad hoc uolentes, ut etiam dicit Par.in tracta.sindi.§.sindicantur lo.iiii.ubi + de offitiale furante pecuniam publicam in magna quantitate, ꝙ pœna mortis puniatur, per constit.regni offitiales.licet de ciuili intelligatur secundum Afflict. ibi.' & hodie tantum pœna nonupli seruetur, secundum eum. Et similiter, si quando gessit aliquod officium, male uersatus fuit + non ex quasi contractu obligatur, sed ex delicto, si dolose, uel quasi delicto, si sine dolo se habuit.l. si filius.§. iudex ubi Bar. & Bal. ff. de iud.§.i.Insti.de oblig.q ex quasi delict. & ppea ꝙ inistis casibus ista prag. in aliquo filio nõ ꝓcederet, sed dispõ iuris cõmunis seruaretur + in. l.ii.ff.ad munici.&.l.i.C.de filiis fa. & quẽadmo.lib.x.'ut nõ tãtum filius obligetur, sed etiam pater uti fideiussor (licet non consenserit expresse. sed tantum tacite non contradicendo) ut ibi dicitur. Verius tamen considerando, mihi uidetur, cõtrariũ esse de iure uerius.ꝓ cuius opin.ueritate, cõsiderãdũ est Primo ꝙ licet in prædictis casibus alio modo obligari uideatur fili⁹ fa.q̃ p quasi contractum: tamen hanc difficultatem decidere uidetur tex. in.l.iii. §.idem scribit.ff.de pecu. ubi habetur, + ꝙ sicut filius fami. in stipulatione contrahit, ita in iudicio quasi contrahit', & pro inde non origo iudicii, & actionis, super qua iudicium fuit interpositum, ispectandum est, sed ipsa iudicati obligatio, siue sententia: Et sic quis ex delicto,uel quasi obligetur, q̃ tamẽ quãdo cõdemnatur in iudicio,quasi contrahitur,ex quo quasi contractu, posset haberi recursus postea ad bona,talis quasi cõtractus, (cum maxime depẽdeat ab administratione,& officio suscepto,citra patris expressum cõsensum ut hæc prag.reqrit) non ualebit.Secundo considerandũ est, quod dicit Bar. in.l. si finita.§. si de uectigalibus q.vi. ff. de damn. infect.ubi satis in terminis præsentis.q. Et hunc casum decidendo, tenet + ꝙ si filius fami. prohibitus est pro interesse patris alienare, dici debet etiam prohibitus alienare delinquendo, ne ex eius delicto, priuilegio priuetur pater : & ideo bona filii nõ tenebũtur, quod singu. putat,& mẽti tenẽdũ Pau.de castr.ibi nu.7.idẽ Bar.in.l.si quis in tãtã uer. quæro nu.11.C.unde ui.allegat in simi.de muliere quæ prohibita est alienare dotẽ.ii.th.siue a me,cũ simi.C. ad uelleia.& cũ ista ꝓhibitio ad fauorẽ tertii spectet, dos non publicatur ẽt delinquẽdo,nisi in aliqbus casibus secũdũ cũ.l.qnq; cũ.l.seque.ff. de bon.dãna.Nec in aliquo opus est adductis in cõtrariũ respõdere, quo niã respõsio patet ex primo motiuo & ita teneas.Vltimo, circa ista uerba aduerte, + ꝙ pactũ in hac prag. positũ, pro modo exponitur, & sic etiam in iure capitur.l.ii.iũcta Glos. ubi concorda .C.de palati.sacra.largi.lib.xii. + Color uero, profectiõe,

pro ut etiam iuriconf. istis uerbis utuntur.l.sulpitius uersic. si color.ff. de dona.inter uir.& uxo.&.l.sed iulianus.in princ.ibi color quæsitus.ff. ad macedo.Et hinc,donatio colorata dicitur.l.fina.§.sed cum.ibi,coloratam.C. manda. Et sic sub quouis modo,aut colore, seu fictione (quæ posset contractum alias ualidum facere) notarius receperit contractũ filii fam.non ualet. Nec per hoc putes, ꝙ tunc tantum, contractus esset nullus,quãdo in rei ueritate, esset color,seu fictio,non autem,quando color esset uerus, ut sic colore piæ causæ de qua supra diximus, tunc tantũ non ualeat contractus, quando ipsa ueritate talis color fingitur, secus si non fingeretur, sed uere contraheretur in fauorem piæ causæ. Quoniam, etiam si color qui contractui daretur,uerus esset, ad huc contractus non ualeret. Primo, quia ista pragma.dirigit uerba notariis,quorum officium, non est inquirere, si quando contrahitur sub aliquo colore bono,talis color fingitur, an uerus sit,merito,sub quouis modo, uel colore fuerit rogatus accipere contractũ filii fam.debet abstinere, stante prohibitione istius prag. Secundo quia hæc prag.non fuit cõtenta prohibere solum cũ isto uerbo colore, sed etiam apposuit dicta uerba aliquo pacto seu modo, & ꝙ plus est ultra processit in.§. sequenti dicendo quomodolibet, quæ exponuntur pro quocunq; modo ut not. per Archidia. in cap. i.§. præsenti de cleri. egro.& sic, cum augendo, & geminando illa uerba,modo,& quocunq; modo,processerit,dicendũ est, omnimodo notarios esse prohibitos, recipere contractus filiorum famil. citra solemnitatem pragma. Verba enim geminata,multum in iure operantur.ut dicit Alexan.conf.215.nec arguendi sumus.col. vi. uolu.ii.& ut dicit Salicet.in. l.ii. colum.iii. C. de noxa.& Afflict.in constitu. consuetudinem.q.i.nu.2.in fin. nullam distinctionẽ admictũt. latissime Rom. in.l.si uero.§.de uiro.ff.solut.matri. & Fely.in.c.si cautio.col. xiii.de fid. instru.

32 + Aliquando tamen, hoc uerbum color, pro uerborũ honestate, & uenustate capitur.l.ii.ff. de inoffi. testa. Et inde colores rethorici dicuntur.

Prosper Carauita.

SVMMARIVM.

1 Statutum loquens in faciẽte, an procedat in reficiente?& nu.4.

2 Statuti uerba, stricte sunt intelligenda.

3 Statutum imponens gabellam instrumento,nõ habet locum,in eo quod reficitur.

5 Verba, quo uis pacto aut quæsito colore,omnem modum excludunt.

6 Ampliatio sexta ad hanc pragma.

7 Instrumentorum appellatione, non ueniunt testes.

8 Pragma. ista, an sit odiosa uel exorbitans ? remissiue.

9 Extensio in odiosis, non est licita, ẽt ex maioritate rationis.fallit in duo bus casibus.numero. 13.& 14.

10 Lex noua correctoria, in suis propriis terminis seruari debet.

11 Filius famil. an pro uerbali promissione, cogi possit?
12 Iuramenti potentia, & uirtus, maxima est.
15 Contractu inprobato per legem, testes nihil prosunt. & quare? numero. 16.
17 Pragmatica ista, uidetur reprobare, etiam modos probandi contractum.
18 Ampliatio septima ad prag.
19 Sermo, indistincte prolatus, de prima uice debet intelligi.
20 Intellectus. l. boue. §. hoc sermone. ff. de uerbo. signi.
21 Statutum, toties seruari debet, quoties expedit.
22 Intellectus ad constitu. regni q̃ plurimum.
23 Statutum, ꝙ capiens bannitum pro causa pecuniaria, habeat dimidiũ, quomodo intelligatur?
24 Dolus, deterior dicitur esse in consueto.
25 Minus malum est, uiam domini non agnoscere, q̃ post agnitã retroire.
26 Ampliatio octaua ad pragma.
27 Limitatio quinta. ad pragma.
28 Verba quomodolibet quid importent? remissiue.

§. VII.



VOMODOLIBET ANNOTARE, NEQVE RECIPERE OBLIGATIONES, INSTRVMENTA. QVæro in hac prag. iuxta ista uerba quæ prohibent notariis recipere contractus filiorum fam. quid si filius fami. contrahit cum requisitis ab ista pragma. tamen contractus ex alio est nullus, & ex post facto filius, sine solemnitate pragma. reficiendo dictum contractum, stipulari fecit ab eodem notario, nũquid sibi locũ uendicet hæc pragma. quæ de recipiente loquitur, & sic de faciente ex nouo, in reficiente? Prima facie uidetur ꝙ non.
1 Quoniam + statutum loquens de faciente, non se extendit ad reficientem. l. iii. §. reficere. ff. de itin. actuq; priua. l. i. §. pen. ff. de mort. infe. Et
2 ideo eius uerba, + stricte sunt accipienda. l. quicquid adstringendæ. ff. de uerb. obliga. not. Bal. & Angel. in. d. l. i. Vbi, ꝙ prohibitus ædificare castrum, non est prohibitus reficere: & facit quod not. Anto. de butr. in.
3 c. iii. per illum tex. de iud. ubi + ꝙ statutum imponens gabellam instrumento, nõ habet locum quando reficitur: ut refert, & sequitur Grat. cõs. 112. nu. 4. uolu. i. Sed breuiter, contrarium teneo de iure uerius, quia præallegata regula, ꝙ reficiens non
4 intelligitur de nouo facere + nõ habet locum, quando illud quod reficitur, erat penitus destructum. secundum Glo. in. c. de monachis. xviii. q. ii. Hostien. in summ. de eccles. ædifi. & Ias. in. l. i. §. si quis ædificium. ff. de nou. oper. nũtia. & est de mẽte Grat. in præallega. consi. num. 35. sed quia in quæst. præposita, præsupponitur, contractum esse nullum, sequitur ꝙ reputatur quasi non esset: Et ideo si

lius famil. nunc eundem contractum faciens, non dicetur reficere, sed de nouo facere: & per consequens, contra hanc pragmaticam. Cui accedunt superiora uerba istius pragmaticæ Quo uis pacto, aut quæsito colore:
5 quæ uerba † uidentur excludere omnem modum, per quem posset dari color ualiditati contractus: Ex qui-
6 bus, ista pragmatica. † ampliatur sexto modo procedere, etiam si contractus alias factus reficiatur. ¶ Iterum quæro iuxta istam pragmaticã quæ annotationem, & receptionem prohibet, quid si non est facta nota, uel receptio per notariũ de promissione aut obligatione, quam filius famil. facit alteri? sed oretenus, coram testibus, sine præsentia, & expresso consensu patris, promittit titio centum, uendit domũ, uel quid uis aliud facit (disponendo de rebus suis) demum titius ipsum uocare fecit in curiam, & per testes probauit suam intentionem, uel agendo summarie, aut ordinarie: quæ nam partes iudicis erunt in isto casu? certe uidetur ꝙ esse debeant, in ipsum condẽnando, eo ꝙ iste casus non comprehendatur in hac pragmatica quæ de receptione instrumentorum facit men-
7 tionem. Tum quia † instrumentorũ appellatione, nec ex cõmuni usu loquẽdi, nec ex ꝓprietate sermonis, ueniunt testes. secundum Bar. in l. notionem. §. instrumẽtorum. ff. de uerborum significa. Abb. in rubr. extra de fide instrumen. cum aliis adductis per Deci. ibidem num. 1[illegible]. Tum
8 etiam quia † ista pragma. est odiosa, ac exorbitãs a iure cõmuni, ut latius dicetur inf. §. Et de expresso consen su. nume. 53. Et ideo restringenda, & casus præmissus decidendus est de iure communi, a quo interpretrationẽ sumere debet. iuxta tex. & quæ ibi not. per Glos. in l. serui uestri. C. de noxa. per Alexan. & alios in l. fin. §. in computatione. C. de iure dellib. refert. & sequitur Grat. consi. 19. nu. 44. & consil. 47. num. 20. uolum. pri. quo iure communi, nemo est qui ignoret, ipsum debere condemnari ad soluendum. per l. tam in contractibus. ff. de iudi. & l. filius famil.
9 ff. de actionib. & obliga. Nec potest aliquo modo dici, ꝙ sicut est nulla, promissio facta per instrumentum, & obligationem iuratam, ita sit nulla ista quæ iuramenti fomentum nõ habet, ex maioritate rationis. per authenti. multo magis. C. de sacro. sanct. eccle. † quoniam in correctoriis, & odiosis, etiam ex maioritate rationis, non est licita extensio. secundum Glos. Bartol. & Bald. in authent. quas actiones. C. de sacr. sanct. eccle. B[illegible] Paul. & Alexand. in. l. il-
10 lam, per illum textum. C. de collat. l. præcipimus, ubi per Bartol. C. de appellation. Barto. in l. si constante in ix. quæst. i. partis princ. ff. solut. matrimo. Glos. in cap. indemnitatibus. §. cæterum in uersic. confirmetur, in fin. de electio. in. vi. in mercu. & c. cum expediat, de electi on. in. vi. † immo lex noua correctoria, in suis propriis terminis seruari debet. d. Glo. in authent. quas actiones, ubi Bart. Sed uerius, & decisiue loquendo (saluo semper meliori iudicio) teneo in præfata quæstione; ꝙ iudex non

potest filium fa. nec in iudicio summario, nec ordinario condemnare, cogere, ✝ aut carcerare, pro ob
11 seruantia promissionis uerbalis, ut supra fa&. quoniam ipsa est nullius roboris, nec tenet (pro ut nec alia acta tenent) uigore istius prag. Et ꝙ ista secunda opin. sit de iure uerior: Primo aduertendum est, ꝙ si contraria opin. esset uera, sequeretur ꝙ filius fa. ex contractu iurato, non obligaretur per hanc prag. & ex promissione simplici sic, quod quidem satis esset absurdum: cum nemo sit qui nesciat, maximam esse poten-
12 tiam, ✝ & uirtutem iuramenti, Et per consequens instrumenti iurati, aut obligationis penes acta. de quo late per Docto. in Auth. sacramenta puberum. C. de rescin. uendi. Alex. conf. 27. col. v. uol. i. & conf. 102. uol. iiii. & Afflict. decis. 83. nu. 3. & 387. Ne ergo, tam maxima resultet absurditas, dicendum est, talem promissionem nullius esse roboris, & momenti. Secundo, ꝙ si opin. contraria esset uera, aperta esset uia obligandi filios fa. & creditores nunꝙ facerent scripturam de debito, sed tantum oretenus reciperent ab eis promissionem, coram testibus: & sic dispositio istius prag. nobis de uento seruiret, essetq; penitus elusoria. quibus casibus, Do-
13 cto. communiter concludunt, ✝ licitam esse legis nouæ extensionem, cum ex maioritate rationis (ut dictum est) maxime quando (si non fieret) resultaret absurditas. Secundum Bar. in l. quæsitum. ff. de testi. Imol. in l. si uerc. §. de uiro. ff. solut. matri. & Nicol. euerar. in locis legali. loco a ratione legis larga. & ampla uer. quinto fallit fol. 146. Tum
14 etiam ✝ ne lex noua, redderetur elusoria, si extensio non fieret: ut dicit Ioan. de ana. in rub. de aposta. Franc. in c. i. xviii. fall. de tempo. ordina. in vi. Ias. in d. auth. quas actiones. & Euerard. in præallega. loco, uer. vii. fallit fol. 147. ubi alios Docto. allegat. Tertio & ultimo, fundatur dicta conclusio, ex eo quia per hanc prag. uidentur improbari, non solum obligationes & instrumenta, sed etiam contra-
15 ctus filiorum fam. ut patet ex ea. ✝ quo casu quando etiam contractus improbatur, testes nihil pro sunt. ut dicit Bal. in l. sina. uersus finē ibi instrumētis. C. de litigio. Paul. de cast. cōs. 75. uol. ii. & consi. 44. uidetur dicēdū. col. i. uol. i. in nouis. & Alex. cōs. 170. uer. ꝓ hoc facit, uol. vii. & post eos accuratiss. tradit celeberrimus Doctor, & tempestate nostra iuris Monarcha, Dominus Io. Angelus Pisanellus, in quibusdam allegationibus quas habeo ad pennam, in fauorem Magnificæ Lucretiæ pectenatæ. in prin. uer. propterea. Ea
16 quidem ratione, ✝ quia testes probarēt contractum improbatum ab hac prag. stante clausula decreti irritantis, in illis uerbis Et acta non teneant: ut latius dicemus infr. §. Et acta. quo casu, consensus probatus per testes, nihil iuuat. Secundum Glos. not. in l. a diuo pio. ff. de rit. nupt. quam sequitur & singu. dicit Socci. cons. 87. col. vi. uer. cōfirmātur præmissa uol. ui. &

non solum contractus, sed (ut dictum est) obligationes & instrumenta: taliter, ꝙ reassumendo dispositionem istius prag. uidentur reprobati modi, + quibus contractus probari posset: Et sic, siue creditor fundet se in instrumēto, siue in cōtractu probato per testes, omnino succumbet, per istam prag. Nec obstant allegata in contrarium, quoniam solutio patet ex præmissis. + quæ bene nota, pro septima ampliatione istius prag. ut sic procedat, etiam in contractu uerbali, sine notario & iuramento. ¶ Quæro iuxta istam prag. quæ generaliter, & indistincte loquitur, ꝙ non recipiantur cōtractus filiorum fa. sine certa sollēnitate, quid si filius fa. cū consensu patris contrahit? demum eorum uoluntate cassatur contractus, & post aliquos dies, de eodem negotio, cum eisdem pactis, sine consensu patris, iterū facit idē instrumentū, siue cōtractū, & cū eadem persona, nunquid, talis contractus ualebit? ista prag. nō uidetur hoc in spetie decidere, & ideo, quia non determinat per quot uices, ad ius commune recurrendum est: quo statuitur + ꝙ sermo, indistincte loquens, de prima uice, & receptione, intelligi debet uulga. l. boue. §. hoc sermone. ff. de uer. signi. & ꝑ ea quæ not. Bar. in. l. nemo. C. de episc. audie. ubi ꝙ si stat statutum, ꝙ carceratus pro maleficio, excarceretur in die ueneris sancti & aliquis, semel fuit uigore dicti statuti excarceratus, & demum, iterum pro maleficio nouo carceratus, non debet iterum excarcerari. Sed breuiter, adhærendo ueritati (relictis opinionibus) dicendum est, contractum prædictum esse nullum, tanq̃ factū sine solemnitate istius prag. Nec obstat regula. d. l. boue + quoniam illa intelligitur procedere, in sermone ab homine prolato, non autem in dispositione statuti, uel legis, + quæ toties seruari debet, quoties fuerit expediens: iuxta illud Euange. si peccauerit in te frater tuus. secundum Cæpoll. in. d. l. boue. num. 13. & Iacob. de gello. in tract. ad hoæ §. constitutio. uer. quid autem. nu. 32. ubi dictam. l. sic intelligit. Inferens propterea + ꝙ constitu. regni q̃ plurimum, quæ ordinat, uaxallos teneri domino ad subsidium, in filia maritanda, debet intelligi, non solum pro prima uice, sed si dotem ammiserit, & iterum maritetur, iterum contribuant. Et faciunt, ea quæ ponit Cepoll. in. d. §. hoc sermone, + ubi ꝙ stante statuto ꝙ capiens bannitum pro causa pecuniaria, lucretur medietatem, si quis cæpit, & habuit medietatem, & pro alia medietate, creditor dedit dilationem debitori, & demum iterum bannitus est pro illa medietate, & per eundem captus, debet habere medietatem illius reliquæ medietatis, per supradictam rationem: quia leges & statuta, pro omni uice ligant. Nec etiam obstant quæ dicit Bar. in. d. l. nemo: quia ibi militat diuersa ratio in secunda excarceratione. per ea quæ habentur in auth. de litigio. §. fin. coll. viii. ubi, ꝙ deterior dolus + agnoscitur in eo, qui interruptam iterum litem deseruit, q̃ qui

qui semel cæptam dereliquit. Et in. c. quidam de appella. & .c. quemadmodum. de iur. iur. in Glos. deterior. & in Glos. constitu. regni inconsutilem. in uer. noluit agnoscere, dicitur. † quod minus malum est, uiam domini non agnoscere, quam post agnitam retroire: Ex quibus patet, quod pietas quam habet lex in prima excarceratione, denegatur in secunda: Quinimmo, exasperatur propter consuetudinem delinquendi, ut etiam clarius habetur in. d. l. nemo. Et sic, quod illud non causatur ex defectu statuti quod semper seruari debet, sed ex ratione statuti cessante. ut etiam uidetur sentire Cæpol. d. §. hoc sermone nume. I; ibi, dum dicit est. n. eadem ratio, hac secunda uice. † Per quæ poteris octauo Ampliare hanc prag. ut procedat in omnibus uicibus quibus filius fa. uult contrahere. Bene tamen uerum est, quod si secundus contractus esset exequtio primi, non esset necessarius consensus patris, ut puta, quando emit cum consensu patris cum pacto de retrouendendo, uel uendit cum pacto de retro emendo: Nam tunc si retrouenderet, uel retro emeret, sine consensu patris, contractus bene ualeret. ut latius dicam infr. §. A filiis fami. nu. xi. Sic limitãdo † quinto modo hanc prag. ut nõ procedat, quando cõtrahẽdo filius fa. exequeretur cõtractũ alias factũ cũ cõsẽsu patris. † Vltimo circa ista uerba quomodolibet dicas quod exponũtur pro quocunque modo. ut diximus in. §. præcedẽti nu. 31. ubi uidere poteris.

Prosper Carauita.

25, 26, 27, 28 (margin markers beside the text above)

SVMMARIVM.

1 Ampliatio nova prag.
2 Contractus appellatione, uenit omne pactum. & nu. 20.
3 Ampliatio decima prag.
4 Conditio illa, si moriar, certa est.
5 Conditione existente, contractus reputatur purus a principio.
6 Conditione deficiente contractus resoluitur.
7 Contractus appellatione, quæ ueniant remissiue.
8 Ampliatio undecima prag.
9 Donatio causa mortis, plus sumit ex natura contractus.
10 Donatio causa mortis, requirit consensum patris.
11 Ampliatio duodecima prag.
12 Ampliatio decima tertia.
13 Alienatione prohibita, est etiã prohibita pignoratio.
14 Ampliatio decima quarta.
15 Contractus appellatione, uenit etiã confexio de prætii receptione.
16 Intellectus ad Bar. in. l. apud iuliani.
17 Satutũ, loquens de cõtractu, an locũ habeat in quasi contractu?
18 Ampliatio decima quinta.
19 Intellectus ad Aut. sacramẽta puberũ
20 Pactum, etiam si tendat ad distractum, contractus est.
21 Instrumentorum appellatione, uenit testamentum.
22 Contractus appellatione, an ueniant testamenta?
23 Testamentum, an ab aliena uoluntate dependat?
24 Statutũ potest disponere, quod testamẽtum dependat ab aliena uoluntate.
25 Testãdi ius, a iure ciuili ẽ itroductũ.

26 Prag.ista non loqtur de testamētis.
27 Testamentū filii fa.etiam ante hanc prag.non ualebat.
28 Prag.ista de contractibus, inter uiuos loquitur.
29 Limitatio sexta prag.
30 Prag.ista,ad ludum non trahitur.
31 Pater potest furti agere,contra ludētes cum filio.
32 Casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis.
33 Limitatio septima prag.
34 Statutum,prohibens contrahi, locū habet super quæsitis.
35 Prag.ista,an emanauerit,ratione fragilitatis filiorum fa.?
36 Limitatio octaua prag.
37 Prag.ista ēt in quasi cōtractu,locum habet & quo modo nu.39.
38 Extēsio licita est ne prag.Reddatur elusoria.
40 Pupillus tenetur,quatenus factus est locupletior.
41 Ecclesia,nō tenetur ad prætii restitutionē,si non est facta locuplecior.
42 Ampliatio decima sexta prag.
43 Instrumentum, differt a contractu contento in instrumento.
44 Vel,dictio multipliciter capitur.

§ VIII.



EL CONTRACTVS ALIQVOS. Postq̄ ista prag.de cōtractu mentionē facit.

1 ✝ Amplia ipsam nono ꝑcedere,siue cōtractus sit nominatus siue inno
2 minatus,Quia ✝ appellatione cōtractus,cōtinetur quodlibet pactum,siue in dādo,siue in faciēdo cōsistat.secūdū Glos.in.l.i.in Glos.magna.ff. de actio.& obliga.& Bal.in.l. iuris gētiū in prin.col.ii.ff.de pact.℄ De
3 cimo ✝ Amplia,siue sit pur⁹,siue cōditionalis,p ea quæ not.Cæpo.in.l. creditores.in fi.iii.q.ff.de uerbo.signi.quod cōprobatur,qa aut ē cōditio pro certo extitura,ut illa si mo
4 riar,✝ quæ est certa.l.i.ff.de condi.& demōstra.& tūc ut Cæpo.dicit reputatur ut pura,& ex cōsequēti cōtractus est nullus:Aut ē dubia,& tūc
5 similiter cōtract⁹ nō ualet,✝ qa si extat retro trahitur & reputatur ut purus a principio.l.necessario.§.ꝙ si pēdēte.ff.de pericu.& commod.rei uēdi.l.q potior,&.l.q balneū.ff.qui potio.in pigno.habean.refert Grat. cōsi.69.nu.11.uel.i.& dixim⁹ supra §.ꝙ ex nūc nu.13.si uero nō extat,&
6 tūc cōtract⁹ de se nullus est,✝ qa cōditione deficiēte,resoluitur.l.decē. ff.de uerbo.obliga.✝ Cōtract⁹ autē
7 appellatiōe, quæ nā ueniāt latissime tractat Cæpol.in.l.uerba cōtraxerūt .ff.de uerbo.signi.ubi ad saturitatē.
8 ℄ Vndecimo ✝ Amplia istā prag. ꝑcedere,ēt in donatione cā mortis, quæ fieret p filiū fa.citra formā hic statutā.ut in specie cōsuluit Ancha. cōs.384.dubiū in ista.q.ea præser
9 tim ratiōe,qa donatio cā mortis, ✝ plus sumit ex natura cōtractus, q̄ ultimæ uolūtatis.ut dicit Glos.& Bar. in.l.ii.in prin.ff.de dot.prælega.& .l.tā his.§.i.ff.de donat.caus.mort. Aduerte tamē,ꝙ licet in donat.cau.
10 mortis,requiretur ✝ cōsensus exp̄s

sus patris, uigore istius prag. tamen ad eam cōfirmādam, sufficeret sola mors filii, taliter ꝙ pater nō posset postea reuocare, q̄uis e᷒ couerso solus filius posset. ut pulchre cōcludit Tiraquell. in tract. ll. connu. glos. iii.
11 nu. 83. & 84. ¶ Duodecimo ✝ Amplia, nō solū ꝓcedere si ipse filius fa. cōtrahit, uerū etiā si alteri cōtrahēti de re sua, cōsētire uellet. secūdū eūd. Tiraql. d. trac. glos. iii. nu. 135. ¶ De
12 cimo tertio ✝ Amplia, siue cōtrahat alienādo, siue pignorādo, ac quomo
13 docūq; de re sua disponēdo ✝ (quia ꝓhibita alienatione, ē et ꝓhibita pignoratio) .l. fin. C. de reb. alien. uel. nō. ut etiā latius, idē Tiraqll. d. tract. glos. iii. nu. 103. quod qdē, tāto fortius in terminis istius prag. ꝓcedet, qa p hāc prag. nō ꝓhibetur alienatio, sed (quod plus est) cōtract⁹. siue ergo pignoret, siue alienet, negari nō pōt qn cōtrahat merito etc. Et ista ꝓcedūt indistinctè. siue in pignore sit spes luitionis, siue nō. secūdū distin. tex. cū ibi not. p Glos. & Bar. i. l. q habebat. ff. de lega. iii. in prin. quā sequtur Petr. de raue. in suo alphabe. in uer. alienatio, circa fin. p ratione ꝓxime præcedētē. ¶ Decimo quarto
14 ✝ Amplia et ꝓcedere, in cōfexione facta p filiū fa. de pretii receptione ex cā depositi, Aut alia qua uis cā: p ea quæ not. Cæpoll. in. d. l. uerba cō-
15 traxerūt: ubi dicit ✝ ꝙ cōtractus appellatione, uenit et cōfexio, siue recognitio, quā qs faceret, qualiter talis res non ē sua sed talis a quo tenet ipse: allegat Domini. in. c. ii. de reb. eccle. nō alie. in. vi. ubi tex. in terminis. Et quis Bar. in. l. apud iulianū. §. si pupillus. ff. ex qb. cau. in posse. eat. uideatur eē in cōtraria opin. tamē cōmunis opin. est in contrariū. ut patet ex Tiraquel. d. tract. glos. iii. nu. 106. ea præsertim ratione, qa si secus diceretur, faciliter p indirectū fieret fraus huic prag. Et fili⁹ fa. in fraudē patris, d. sponeret de omnibus, cōfitēdo se recepisse a tali tot aureos ex cā depositi, uel alia: qa si talis cōfexio, obligatoria esset, necessariū esset uēdere bona & soluere. Præterea
16 ✝ Bar. q allegatur in cōtrariū in. d. l. apud iulianū p Tiraquel. ubi supra nō loqtur de cōfexiōe quæ fieret cō trahēdo, sed de cōfexiōe quæ fieret in iudicio, & sic quasi contrahendo. Et dicit, ꝙ ꝓhibitus cōtrahere, pōt in iudicio cōfiteri, & hæreditatē adire: qa illud est quasi cōtrahere, ergo sentit, ꝙ si cōfiteretur cōtrahēdo, ꝓut in casu nostro loqmur, talis cōfexio nō ualeret, & sic Bar. ibi, potius pōt allegari ꝓ ista ampliatione, q̄ cōn-
17 tra, & ita uerū est. An tamē ✝ ei⁹ cōclusio quā ibi tenere uidetur, ꝙ statutū loquēs de cōtractu, nō habeat locū in quasi cōtractu, uera sit, dicem⁹
18 infr. nu. 37. ¶ Decimo qnto ✝ Amplia hāc prag. ꝓcedere, et in distractu. secūdū Bar. in. l. si unus. §. pactus ne peteret. ff. de pact. ubi, ꝙ stante simili statuto i muliere, ꝙ nō possit se obligare sine cōsēsu ꝓpinquorū, nō poterit distractū facere, faciēdo pactū de nō petēdo, uel aliter liberādo debitorē: Quia distrahēdo, se obligaret ad ratū habēdum distractū, & sic, cōtractus eēt illa obligatio. & idē tenet Bal. i. d. §. pact⁹. col. iiii. uer. sed qd si statutū. Rip. in rubr. de acqui.

posse.col.ii.num.10.Aret.in.l.iii.§. contrarium.ff. de contrari.iud. tut. sicut in simil.dicitur, ꝙ auth. sacramenta puberum, quæ in cõtractu iurato loquitur, etiam in distractu locum habet.ut tenet Glos.not.in. d.l. iii. §. contrarium.in uer. liberationem. & ibi etiam Franc. de Aret. & post eos Celeberrimus Doctor, & in arte dicendi, omnium iudicio, facile princeps, ac Dominus meus colendissimus, Dominus Thomas Salernitanus, in quibusdam allegationibus quas habeo ad pennam in fauorem Illust.Comitis Altauillæ. uer.
19 secundo principaliter in fi. ✝. Quæ not.pro intellectu, & ampliat. d. authen.idem Bal.in rubr. C.de pact.& post eum ibi: Iaco.de san. Geor. ubi
20 dicit ✝ ꝙ omne pactũ, (etiam si tendat ad distractum) contractus est, & uerissimum est. ℂ Quæro in hac prag.nunquid eius dispositio, in testamentis sibi locum uendicet? prima facie, uidetur dici posse ꝙ sic. Tũ quia prohibet recipi a filiis fam.in-
21 strumenta, quorũ appellatione ✝ nõ est dubium uenire testamentum. ut patet ex his quæ not. Affli.in consti. regni instrumentorum robur. q. ii. nu.3.dum alleg.t. Barth. de Capua, qui idem tenet, in consti.consuetudinem. Tum etiam, quia prohibet re-
22 cipi contractus ✝ quorũ appellatione, & si proprie, & stricte, nõ ueniãt testamenta.l.uerba contraxerunt.ff. de uerb. signif. sitq; talis communis opin. ut patet ibi ex Capoll.tamen, ubi militat eadem ratio, per quandã extensionem, bene uenirẽt testamen ta.ut tenet Afflict.in.d.constitu. instrumẽtorum.nu.3.dicens, ꝙ ita plu ries fuit iudicatũ in Sacr. Consi.& ꝙ propterea, non est recedendum: ut patet ex eius decis.260. Et si diceretur, quomodo hæc prag. in testamento poterit habere locum? cum si hoc uerũ esset, sequeretur ꝙ filius fami.haberet testari cum consensu patris.contra.l.captatorias, &c. l. illa istitutio.ff.de hæred.instit.& ea quæ not.Paul.de Cast.Aret.& Alex. in. l. ex facto in princ.ff.de uulga. & pupil.substitu.& idem Alex.cons. 155. uisis actis.uolu.v.Posset responderi
23 dupliciter. Primo ✝ ꝙ præallegata procedunt, quãdo testamentum dependeret ab aliena uoluntate dispositoria, secus si cõfirmatoria, ut esset hic.secũdũ Bal.in.l.si pater.x. oppo. & xi.C.de insti. & substitu. Secũdo, ꝙ contraria opi.est uerior, ꝙ immo
24 potest ✝ statutum hoc disponere & prouidere.ut tenet Bar.in.l.si cũ dotem.§.eodem.ff.solu. matri. consil. 10.uiso statuto.in prin.l. non id circo.C.de codi.Bal.in.l.ex duobus. §. fin.circa fin.ff.de uulga.in rub.C.de contrahe.emptio.cons.208.consulentes.uol.iii.&.139.statuto communis.uol.v.Bertach.in tract.gabel.vi. parte.prin.q.v. Angel.in authen. ut fact.noue. constit.§.pronuntiatum, & alii nõnulli, quos refert.Tiraquel. d.tract.Glo.iii.nu.90.cum sequentibus de quibus per eum, & præ-
25 sertim quia ✝ testandi ius, a iure ciuili est introductum.l.iii. ubi. Doct. ff.de testa.l. i.ubi Glos.ff. de acqui. rer.domi.c.ius quiritũ.distin.i. not. Bar.in rub.ff.de acqui.hæredi. &. l. interdum.nu.6.ff. de condi. indebi.

quod quidem ius, bene posset tolli p legem, aut consuetudinem. l. de quibus. ff. de legi. §. sed naturalia in fin. ubi Ang. Insti. de iur. nat. Sed uerius, in præfata. q. loquendo, teneo ꝙ ista
26 prag. † in testamentis nō loquatur: & ideo ꝙ ius testandi per filiū fami. dispositioni iuris communis sit relictum. Et ꝙ hoc sit uerum, patet. Primo, quia in fine ipsius, dicitur, ꝙ secus acta non teneant, præsupponendo propterea, ꝙ loquitur de illis cōtractibus, & instrumentis, quæ ante eius dispositionem, poterat facere filius fa. & facta ualebant, & nō de testamentis, quæ si ante hanc pragma. per filios fam. condebantur, & nunc
27 cōdūtur, † nō ualent. §. i. institu. qb. non est permiss. face. testa. Secundo, quia in fin. similiter dicitur, ꝙ si filii fa. dixerint mendacium, imputetur
28 stipulantibus † & sic apparet loqui de cōtractibus inter uiuos, ubi adest alia pars stipulans. Nec obstāt allegata in contrarium, ꝙ appellatione instrumentorum, & contractuum, ueniant testamenta. Quia hæc prag. (ut dictum est. supra. §. Ex nunc in antea. nu. 15.) non ad alium finem emanauit, q̄ ut interesse patrū prouideret, in quod sæpissime possent incidere, ex contractibus filiorum: propter quod, nullo modo dici potest, ꝙ ad testamenta respectum habuerit, ex quo ut proxime dictū est ante hanc prag. filius fa. testari non poterat. Et sic per eius testamentum, neq; pater damnificari. † Per quæ
29 poteris limitare sexto hanc pragm. non procedere in ultimis uoluntatibus. Et per eandem rationem, decidi potest alia. q. nunquid filius fa. qui per hāc pragma. est certo modo prohibitus contrahere, dicatur etiā prohibitus ludere? Nam, cū interesse patris fecerit hanc pragma. emana-
30 re, non est dicendum † ꝙ ad ludum trahatur, cum etiam ante hanc prag. pater non poterat dānificari, & interesse pati ex ludo filii: quoniā de iure communi, poterat amissa per fi
31 liū in ludo, repetere, † & furti agere contra eos qui scientes eos esse filios fa. luserunt cum eis. ut dicit Bal. in rub. C. de condi. ob turp. caus. & l. seruus. C. de condi. indebi. ubi et. ā Ias. Et ideo, dispositioni iuris com-
32 munis relinqui debet † tanq̄ casus non cogitatus, sed omissus per hanc prag. iuxta. l. commodissime. ff. de
33 liber. & posthu. † sic limitando septimo hanc prag. non procedere in ludo. ¶ Quæro, quid si filio fa. absenti, facta fuerit donatio, & antequā ipsam acceptet, mediāte instrumento illam repudiat sine consensu patris? nunquid talis contractus repudiationis ualebit? Pau. de Cast. in propriis terminis cōsi. 171. in casu præsenti, uisis omnibus. uolu. ii. dicit ꝙ
34 sic: quia † statutum hoc prohibens, & ex consequenti ista prag. in bonis iam quæsitis, locum habet, non in quærendis. allegat tex. & quæ ibi not. per Glos. in. l. si eg̃. ff. de nego. gest. c. si tibi absenti. in uer. ut tuum de præben. in. vi. Et licet And. Tiraquel. in de tract. ll. cōnu. Glo. iii. (ubi, alia multa ponit pro prædicta opi.) dicat ꝙ in terminis illius consuetudinis, non potest mulier (etiā super bonis acquirendis) contrahere, sine

consensu uiri: tamen illud est (ut ipse met fatetur) quia mulier ibi, non solum prohibetur cõtrahere, sed generaliter sibi interdicitur bonorum administratio, absq; consensu uiri:
35 ratione fragilitatis sexus. ✝ quod quidem, non est in terminis nostræ prag. quæ nõ emanauit ratione fragilitatis filiorũ fa. Cũ sæpissime reperiãtur qui optime negotia gerũt, sed pro interesse patris ut dictũ est, quod prætendi non potest super bonis nondum filio quæsitis pro quo facit tex. not. in l. qui autẽ. ff. quæ in
36 frau. credi. sic limitando ✝ octauo hãc prag. ut non procedat, si filii fa. contraherent super bonis quærendis. ℂ Quæro in hac prag. quæ filiis fa. contractus prohibet, nunquid ẽt in quasi cõtractu locum habeat? ista. q. est multum disputabilis, & fuerũt tot doct. in utrãq; partẽ, ꝙ nõ potest iudicari quis eorum uerius dixerit. & Bar. Rapha. Alexan. Angel. Aret. Calcan. & Ias. sibi ipsis, in ea contrarii fuerunt. ut latissime congerit Tiraquel. d. tract. Glo. iii. q. xi. nu. 111. ex eius tamen dictis, colligi potest,
37 ✝ ꝙ ista prag. in quasi contractu locum habet: dicit. n. ipse, ꝙ quotiescunq; militat eadem ratio, semper statutum prohibens contractũ, procedet in quasi cõtractu: sed sic est, ꝙ ista prag. facta fuit pro interesse patris (ut pluries dictum est) & ita potest habere interesse, per contractũ sicuti per quasi cõtractum, ergo. &c. & ita procedat opini. illorũ qui tenuerunt, appellatione contractus, uenire quasi contractũ: Cõfirmaturq; talis opin. alia ratione, quia si secus diceretur, nunq̃ cõtraheret filius fa. sed semper teneret extraneã personam, eius negotia gerentẽ, cuius gesta, esset necesse rata habere per illũ tit. ff. & C. de nego. gest. & sic sibi obligaretur ex quasi cõtractu. §. i. Instit. de oblig. quæ ex quasi contra. & sic posset ad libitum omnia facere: istaq; prag. frustratoria eẽt. Quo ca-
38 su, ne reddatur elusoria, licita ✝ est extensio de uno casu ad alium. Et sic de cõtractu, ad quasi cõtractũ. ut late dictũ est supra. §. Quolibet nu. 14. Si uero nõ militat eadem ratio, procedit alia opin. Doct. ꝙ appellatione cõtractus, nõ uenit quasi contractus
39 ✝ illud tamẽ quod dixi filiũ fa. non obligari etiã ex quasi contractu, intellige de eo quasi contractu, in quo propositum ipsius, principaliter, uel cõsequẽter, tendit ad se obligandum sed ubi eius propositum non tendit ad hoc, ut se obliget, tunc quatenus est locupletior, etiã ex quasi contractu obligatur ad restitutionẽ. ut dicit Tiraquell. d. tract. Glos. iii. num. 124. Potestq; poni exemplum secũdum eum. nu. 116. si aliquis cogitans se debere filio fa. soluat ei cẽtũ, cum tamẽ re uera nõ deberet: Nam in hac receptione nõ est aliqua intẽtio filii fa. se obligãdi, sed tantũ recipiendi quod sibi deberi putat. Et merito si ille uult repetere, põt ipsũ cogere ex quasi contractu. §. itẽ is cui. Insti. de obliga. q̃ ex quasi cõtra. cũ iuris regu
40 la sit ✝ ꝙ q obligari nõ põt, siue pupillus siue alius, tenetur quatenus factus est locupletior. l. iii. §. pupillus & l. si pupilli. ff. de nego. gest. i prin. l. i. §. an in pupillum. ff. depos. l. ea-

tenus.ff.de instit.actio. not. p Alex. consi.4.nu.4. uiso processu. uolu.
41 iii. ubi etiã in eccle. dicit + q nunq ex contractu inualido tenetur etiam ad pretii restitutionem, nisi uersum esset in eius utilitatẽ & sic facta esset
42 locupletior. Quæ bene not. + pro decima sexta ampliatiõe istius prag. ¶ Ista uerba,uel cõtract9 aliquos, ui dentur fuisse superflua, eo q debebat sufficere phibuisse notariis accipere obligationes,& instrumenta, cũ pateat ad sẽsum,q nõ est dare, q notarius,uel actuarius recipiat contractũ q nõ redigatur in formã obligationis uel instrumenti. Sup quo, alias dicebam,q hoc ideo factũ fuit.
43 +quia differẽtia est inter obligationẽ,instrumẽtũ,& cõtractũ. Obligatio penes acta ut hic capitur, & instrumentũ,sunt probatio cõtractus contenti in eis. Cõtractus aũt est ille, de quo ipsæ scripturæ obligationis,aut instrumẽti cantant.ut dicit Specu.in tit.de instru.ædit.§.postq.uers.ui detur tamẽ.Fel.in. c.capitulũ.col. xiiii. uer.limita octauo.de rescript. & referendo tenet Afflict.in constitu.regni con uetudinẽ.q.i.nu.2.in prin. & in.c.i.§.notandũ in fin. de his qui feu.dar.poss.Et hinc tex.in.l.i.C. de fide instru.& in. l. si solemnibus eo. tit.dicit q si perit instrumentũ, non perit debitũ contentũ in instrumento. sed per istam solut. non uidetur sublatum d.dubium,quis enim contractus differat ab instrumento, tamen satis erat prohibuisse recipi instrumẽta uel obligationes,cum contractus in eam formam redigantur, ex eo quia alias parum seruiret recipi facere contractum a notario uel actuario, si illum non posset redigere in formam probantem, uidelicet obligationem,aut instrumentum.Et ideo melius(iudicio meo)super hoc
44 dubio cogitando, reperio q + hoc uerbũ uel,multipliciter capi potest. Primo correctiue.l.bona fide. ff. de noxa.& in usi.feu.apud quẽ uel quos contro.feud. diffi. debet. Secundo, pro saltem.l.in creditore. ff. de eui ctio.Tertio,pro non.l.si de tua.C.de dona.inter uir.& uxo.&.l.repeti. in fin.ff.quib.mod. usufru. ammicta. iuncta Gloss. Quarto, pro etiam. l. quod si ephesi in princ. iuncta Glos. ff.quod cert.loco.Quinto, ponitur disiunctiue,uel alternatiue.ff.de manu.testa.l.si ita.& de manumiss. l.is qui suis. §. nihil. Sexto ponitur pro idest.l.si qui a prioribus.C.de fundi. patrimo.lib.xi.&.c.uno. §. utrũ extra.de statu.regu.Et ita credo q ponatur in hac prag.ut sit sensus, q nõ tarii nõ audeant recipere obligationes instrumenta uel contractus aliquos, idest q non audeant recipere aliquos contractus, & ita intelligendo,contrarium factum propter istã dictionem uel , in aliquo non obstat. cogitabis tamen.

Prosper Carauita,

SVMMARIVM.

1 Statutum prohibens minorem contrahere, procedit etiam in foren-
2 si, & qualiter procedat? num.4.
Actus iudicialis,uel extra, regulatur secundum legem loci ubi fit.

3 Verbũ quibuſcunq; eſt uniuerſale.
4 Ampliatio decima ſeptima ad prag.
5 Statutum prohibens contrahere extenditur etiam ad bona alibi ſita.
6 Ampliatio decima octaua prag.
7 Limitatio nona ad prag.
8 Statutum prohibens contrahere, intelligitur de bonis proprijs.
9 Limitatio decima prag.
10 Statutum prohibens contrahere, intelligitur de contractu uoluntario.
11 Promittens uendere domum, ſi decedat & hæres pupillus uendat, decretum non requiritur.
12 Limitatio undecima ad prag.
13 Prohibitus contrahere, intelligitur de contractu ſibi damnoſo.
14 Solemnitas inducta in fauorem, non debat operari dãnum.
15 Contractus filii fa. in dubio, iudicatur nullus.
16 Qualitas quæ fundat, ante omnia ꝓbari debet. nu. 17. & 20.
18 Verbum quibuſcunq;, eſt maſculinum & omnes includit.
19 Ampliatio, l. i. C. de raptu. uirgi.
21 Ampliatio decima nona ad prag.
22 Statutum laicorũ, an liget clericos?
23 Clerici in hac prag. non includũtur.
24 Clericus quicquid acquirit, ſibi quærit.
25 Bona clericorum, reputantur peculium quaſi caſtrenſe.
26 Limitatio duodecima prag.
27 Filius fa. de iure communi tenetur pro debito cauſa ſtudii.
28 Filius fa. hodie, non tenetur etiam pro cauſa ſtudii, ſi contrahit ſine ſolemnitate prag.
29 Pupillus, tenetur in eo, in quo factus eſt locupletior.

§ IX



FILIIS FAMILIAS QVIBVSCVNQVE. Per iſta uerba quibuſcunq;, deciditur illa. q. nunquid hæc prag. locum habeat in filio fa. non regnicola, contrahente tamen in hoc regno? Et uidetur dicendum ꝙ ſic. per ea quæ in ſimili. not. Bal. in repe. l. fina. ff. de iuriſdi.
1 omni. iudi. ubi dicit ✝ ꝙ ſtatutum diſponens, ne minor. 22. annis, cõtrahat ſine conſenſu propinquorum, debet obſeruari etiam in minore forenſe ibi contrahente: quia
2 ✝ actus ſolemnis ſiue iudicialis, ſiue extra iudicialis, ſortitur eſſentiam ſecundum legem loci ubi fit. l. i. C. de emancipa. libero. & l. ſi non ſpetiali. C. de teſta. Et licet hæc deciſio habuerit multos contradictores ut dicit Tiraquell. tract. ll. connu. gloſ. vi. q. xxvii. num. 22. tamen ipſa uerior eſt, & in ea ipſe reſidet: Cõfirmaturq; (ut dictum eſt) per illa uerba quibuſcunq;, per quæ nõ debet diſtingui de regnicola aut fo-
3 renſi: ✝ Verbum. n. quibuſcunq; uniuerſale eſt, adeo ꝙ non debet aliquam diſtinctionem admittere. ſecundum Bal. in. c. i. §. donare. qualit. olim feu. l. alien. pote. & Afflict. in cõſti. regni in locis demanii. vi. not. uer. ſed ſuper nu. x. allegat tex. in. l. qui autem. §. fina. ff. de conſtitu. pecuni. & ſequitur Sylua. conſ. 25. nu. 21. ubi

21.ubi q; taliter omnes personas comprehendit,q; sub ista dictione quibuscunq; ueniūt personæ quæ alias non uenirent.ut etiam pulchre re
14 fert Grat cons.5.nu.74.uol.ii.+Ex quibus poteris decimo septimo Ampliare hanc prag. Et quæ dicta sunt procedunt secundū eund.Tiraquell. ubi supra,siue talis forensis contrahat per se in hoc regno, siue huc mittat eius procuratorem . ut dicit.q. 31.nu.228.¶ Nota tamen ad aliū effectū ista uerba a filiis fa. quibuscunq;,Nam cū ista prag. principaliter prouideat circa personam filiorū fa.contrahere uolentiū,adhibendo eis certū modū quem in contrahendo seruare habent: nihil tamen statuat aut loquatur de eorū bonis,
5 succedit illa Doct.distin.+q; quādo statutum principaliter statuit circa personā sibi subiectā, nihil expresse, & in specie dicendo de bonis, tale statutū, extenditur ad bona etiam alibi sita, tanq̄ accessoria personæ l.propter litem.§.licet &.l.ii.C. de excusat.tuto. not. Bar. in.l.i.C. de summ.trini.& fid.catho.l.si duo. C. de admini.tuto.& Roma.cōs.39. in
6 ꝓposita.q̄st.ii.dubio:Et ideo + Ampliādo hāc prag.decimo octauo,dicēdū est,ipsam procedere ēt si filius fa.cōtrahat de bonis sitis extra hoc regnū,sine cōsensu & præsentia pa-
7 tris,ut ista prag. requirit.+ Limitamē istā prag.nono,procedere quādo filius fa.cōtraheret de bonis ꝓpriis, secus si de bonis alienis cū cōsensu dominorū,quibus postea succedat: quia tunc contractus ualebit, & uigore istius prag. ānullari nō poterit.secundū Bal.quē ibi.Iās.sequtur
8 in.l.fina.C.de pact.ubi +q; si statutū prohibet minorem contrahere sine certa solemnitate,& demum contrahat sine ea de bonis alterius,cum ei⁹ consensu,cui postea succedit, non potest uenire contra talem contractum:Ea quidē ratione,quia talis cōtractus,non tantum sumit ex cōtractu minoris, quantum ex contractu maioris, scilicet domini illius rei.
9 ¶Decimo + limita ipām ꝓcedere in contractu uoluntario, non tamen in contractu necessario: tunc enim etiam citra solemnitatē istius prag. ualidus esset.per ea quæ pulchre cōsuluit Paul.de cast.cōs.183.i cā quæ uertitur.col.fin.uer.non obstat uol.
10 i.ubi + q; statutū requirens consensum in contractu uxoris, intelligitur de contractu uoluntario, & idē cōsuluit Sylua.cōsi.4.nu.4.Et ideo si filius fa.est hæres alicuius, q in testamento mandauit uendi talem rē, & eam uendat,ualet uēditio per supradictā rationem:quia dicitur esse uenditio necessaria & non uoluntaria,ut etiam consuluit Barb.cōs.39. uersic.bene etenim col.vii.iii.dubio uol.iii.Et etiam quia dicitur esse executio facti testatoris, non factum ipsius filii fa. Et sequitur Afflict. decis.285.in fin.uer.ii.dubitatum.per
11 l.fina.ff.de reb.eorū + ubi q; si quis promisit uendere, demum decessit relicto pupillo, si talis pupillus uendit ei, cui pater promisit, decretum non requiritur : quia non est contractus pupilli, sed executio promissionis factæ per patrem : ubi alia plura similia, & notatu digna allegat

12 ✝ ℭ Vndecimo limita pcedere hãc prag. in cõtractu damnoso filio fa. secus si fuerit utilis. ut dicit Bal. in. l. cum hi. §. eam trãsactionem. i. & ii. lectu. ff. de transact. Ange. in. l. ii. ff. de accepti. Io. faber in. §. & ne huius. institu. de eo cui liberta. caus. & Ias. cons. 219. egregius uir. col. iii. uer. nec ob illud uol. ii. ubi pari uoto concludunt, posse prohibitum
13 ✝ contrahere, etiam omissa solemnitate, si suam faciat cõditionem meliorem. Et in spetie de simili statuto filii fa. debentis contrahere cũ consensu patris. idem tenuit Fulgo. cons. 75. ex facto proponitur. col. fina. Alex. cõs. 234. circa dubium. col. fina. uol. vi. & alii quos accuratissime cumulat Tiraquell. tract. ll. connu. glos. vi. nu. 62. cum seque. Idem Ripa in lib. respõ. i. cap. i. nu. 57. allegat tex. in. c. ut super. §. fina. de reb. eccle. non alie. Abba. cons. 22. quanq. & Roma. cons. 337. aliasq; conplures cotas. adducit Gra. qui idem tenet consi. 46. nu. 25. cũ seque. Et licet non nulli fuerint qui contrariam opin. tenuerunt: tamen prima opin. uerior est. ut ipse con
14 cludit: Ea praesertim ratione, quia ✝ solemnitates introductae in fauorẽ, non debẽt damnum operari. l. quod fauore. C. de legi. l. plures apochis. C. de fid. instrum. ne alias operentur contrarium effectum. contra. l. iii. §. si emãcipatus. ff. de cõtratabu. l. iii. ff. de adime. legat. l. iii. §. diui. seuer. ff. de carbo. aedict. Et ideo si filius contrahendo, utilitatẽ sibi afferat, ualebit contractus, etiam si talis esset, a quo filius esset uexandus, dũ modo lucrum capiat. ut Tiraquell. concludit. d. loco nu. 79. Est tamen uerum, q postq ualiditas cõtractus dependet ab utilitate contrahentis, onus probandi hanc qualitatem, incumbit filio fa. & cuicunq; praetendenti ius ab eo, & interim instrumẽtum non exequetur: Nam eo ipso q cõtraxit sine requisitis ab hac prag.
15 ✝ contractus iudicatur nullus, tamen si probabitur utilitas cõtrahẽtis, iudicabitur contrarium. per tex. l. nõ ignorat. C. qui accusa. nõ poss. & l. ii. §. si dubitetur. ff. de iudi. ubi
16 ✝ q qui se fũdat in qualitate, debet ante omnia de ipsa constari facere. & idem uoluit Bal. in. l. si quis ex aliena. ff. de iudi. refert & sequitur Grama. in consi. de foriudi. posito post decis. nu. 7. & 53. ubi per hoc infert ad iudicem secularem, cui cõcessa est iurisdictio contra clericos
17 assassinos, ✝ ut talis iurisdictio tũc demũ procedat, cum ante omnia cõstat de illa qualitate assassinii. ℭ Ad
18 uerte tamẽ q illud uerbũ ✝ qbuscũq;, ẽ masculini generis: & ideo ẽt foeminas includet. l. quicunq; & l. i. col. iii. uer. not. 3. ubi Bal. C. de serui. fugit. not. per Bar. in. l. aut facta. §. fin. ff. de poen. l. hoc articulo col. ii. in fi. uer. quaedã sunt distributiua. ff. de haered. institu. l. i. col. x. uer. quarto principaliter quaero. ff. de cõdict. & demon. per Bal. in. l. ne passim. ff. de iur. & fact. igno. & p Glos. in. l. i.
19 C. de rapt. uirgi. in uer. respõsum: ✝ ubi ampliando illã. l. dicit procedere etiam in foemina rapiẽte iuuenẽ. & eam ibi sequitur Ange. dicẽs, q de facto uidit florentiae cõburi foe

minā. Et generaliter, ubiq; reperies φ in materia indifferēti, quæ ita potest cōpetere fœminis, sicut mascu-
20 lis, + semper masculinum concipit fœmininum. ut late per Hipol. cons. 85. &. l. si quis necandi. C. de sica.
21 Et sic Ampliabitur + decimo nono hæc prag. ut procedat siue filius fam. sit masculus, siue fœmina. Et cum utrunq; sexū comprahendat, intelligē tam nobiles q̄ ignobiles, tā titulatos q̄ nō, & tā doctores q̄ iuris ignaros. ¶ Sed iuxta prædicta, quæro qd de clericis? nunquid etiā ipsi ex prædictis sub hac prag. intelligantur? in quo non faciendo fundamētum, φ
22 statutum + laicorum non ualet aduersus clericos, dum eos iure communi uti prohiberet ut hic esset: secundū ea quæ not. per Bal. in. c. cum non ab homine. col. fina. de iudi. Fely. in. c. ecclesia Sanctæ Mariæ. col. 46. uer. adde etiam hic. de constit. Io. Bapt. de sanct. seuer. in rep. l. omnes populi. q. 4. prin. uer. agredior, ibi quare. Bal. Inno. in. c. ad audientiam de præscrip. late Hipo. in repe. rub. de fideiuss. nu. 118. Grat. cons. 96. nu. 2. uol. i. & latius post eū Eximius Niger in clement. de uit. & honesta. cler. nu. 28. cū sequen. Immo præsupponendo φ statutum laico-
23 rū, includat clericos + dico φ in materia isti? prag. nullo pacto includūtur, ea quidē ratione, quia clerici cōtrahēdo citra reqsita p istā prag. nō faciunt aliquod præiudicium eorū patri, pro cuius interesse facta fuit: Ex quo, pater nō dicitur habere aliqd
24 ius, sup bonis filii fa. clerici. + quicquid enim acqrit, sibi acqrit. Et est proprium peculiū. ut dicit Bar. cōsi. 61. in fin. filius fami. præsbiter. post Hostie. & Innocen. in. c. quia nos de testa. not. Bal. in. l. sacre sanctæ iii. not. C. de epis. & cleri. & Iaso. in. l. patre furioso in fin. ff. de his qui sunt sui uel alie. iur. siue acquirat contemplatione ecclesiæ uel sacerdotalis officii, siue non, etiam
25 ex causa aduentitia: + Bona. n. ipsorum reputantur ad instar quasi castrensis peculii. secundum Bar. ubi
26 supra. & Bal. in. ii. not. + Et sic limitabitur Duodecimo hæc prag. Bene tamen dico φ si ex contractu filii fa. clerici, aliquo modo damnificaretur pater, tunc includerentur clerici, ex ratione præallegata quam omnes Docto. supra relati communiter tenent. ¶ Vltimo, circa ista uerba, Quæro de una. q. de qua pridie fui interrogatus. quidam librarius uendidit libros ad credentiam alicui filio fa. absq; requisitis p istā prag. accepto instrumento, aut obligatione, demum filius decessit, uel uiuus est, nunquid pater conueniri poterit ipso filio mortuo, aut uterq;, eo uiuo? an librario agenti, obstabit exceptio istius prag? Ista. q. de iure communi non habet diffi-
27 cultatem. quia + pro debito facto per filium fa. causa studii, uterq; conueniri potest. l. sed iulianus. §. p inde. uers. quod dicitur. ff. ad macedo. & l. macedoniani. C. eo. not. pulchre Luc. de pen. in. l. i. col. i. uer. sed quid si filius. &. qui ætate, uel p fessi. lib. x. intelligēdo ut p Glos. & Ang. in. §. 5. p in. de. Difficultas tamen ex alio pendet. nūqd hæc prag.

28 in hoc contractu locum habeat. Et + breuiter insistendo, teneo ꝙ sic, ponderãdo uerba ipsius. Primo, illa quæ extant supra in. §. vi. ibi quouis pacto, aut quæsito colore, per quæ uidetur reiectus omnis color, omnisq; modus, qui ualiditati contractus dari posset, ut latius ibi diximus num. 31. Secundo, in istis uerbis quibuscunq;, quæ cum sint adeo generalia ut nullam distinctionem admittere debeant ut supra conclusum fuit nu. 3. debent etiam in scholari sibi locũ uendicare. Item quia (etiam tot ponderationibus omissis) per istã prag. prohibitum est accipi obligationes, & instrumenta, a filiis famil. sine requisitis per eam, cui cum contrauentum sit, non est qui dubitet, contractum nullum esse, ipsius uigore. Nec in aliquo prodest, ꝙ sit causa studii tale debitum, cum legem habeamus in Regno, quæ in contractibus filiorum famil. aliam formam induxit, & talis exceptio, si ipsa nõ extaret, bene procederet per. d. iura. Bene tamen uerum est, ꝙ poterit iste librarius, libris existentibus in posse filii uiui, uel patris filio mortuo, pro eis agere, contra filium & patrem, uel eis non extantibus, pro eorum æstimatione, quatenus ad eorum aliquem peruenit, ex quo facti sunt lo-
29 cupletiores: + quia, etiam qui obligari non põt, siue pupillus, siue alius, tenetur quatenus factus est locupletior. l. tertia. §. pupillus. & l. si pupilli. ff. de negotiis gestis in principio. ut latius diximus supra. in. §. Vel cõtractus. num. 40.

Prosper Carauita.

SVMMARIVM.

1 Dictio nisi, quem effectum facit?
2 Dictio nisi, quid operetur in hac pragmatica? & num. 5.
3 Contrahentes non possunt renunciare solemnitati istius prag.
4 Statuto requirenti pro forma consensum propinquorum, renunciari non potest.
6 Iuramentum nihil operatur in præiudicium tertii.
7 Renunciatio. l. si unq. C. de reuoca. dona. non ualet.
8 Pater an possit renunciare solemnitatibus istius pragma?
9 Ampliatio uigesima ad prag.
10 Consensus generalis in hac prag. an sufficiat? & num. 12.
11 Dictio de, causam materialẽ & immediatam importat.
13 Consensus, semper præstari potest si tertio non præiudicatur.
14 Ampliatio uigesima prima prag.
15 Præsentia, an & quando possit suppleri per literas? & nu. 16.
17 Præsentia Aduocati fisci, non potest suppleri per literas.
18 Cassaneus fuit Aduocatus fiscalis.
19 Officiales in regno, debent seruire personaliter.
20 Ampliatio uigesima secunda prag.
21 Limitatio decima tertia ad prag.
22 Præsentia ubi requiritur, an etiam consensus esse debeat?
23 Aduocatus fisci, an debeat esse præsens & consentiens?
24 Consensus Papæ, an præsumatur ex scientia, patientia & longo tempore.
25 Statuto requirẽte cõsensum expres-

sum, an lõgum tempus faciat præsumere?

26 Præsens diuersimode capitur, & secundum subiectam materiam.

27 Præsentia ubi requiritur, debet etiã esse animi intelligentia.

28 Dictio in, intrinsecitatem denotat.

29 Statuti uerba, precise capi debent, & in potiori significatu.

30 Præsente aliquo fieri, uel coram, idẽ important.

§. X.



ISI IN PRAESENTIA. ✝ 1 Super ista dictione nisi, Doct. multum laborauerunt in tradẽdo certã regulam ipsius: & magna est inter eos altercatio. in. l. si eũ. §. qui iniuriarum. ff. si quis cautio. & in. l. actione. C. de transa. cum relatis per Afflict. in. c. i. ix. not. qui succes. teneant. & Grat. consi. 126. nu. 19. uol. ii. Conclusio tamen, quæ ex Bar. colligitur in. d. §. qui iniuriarũ, est, ꝙ aut præcedit oratio negatiua actus uel potentiæ & demũ sequitur dictio nisi, & tunc ista dictio nisi, exceptiue affirmat & ponit actum, uel potentiam, quæ negabatur per orationem præcedentem. Et hoc quando apponitur alicui termino, cõtento sub primo, nec ei aliud uerbũ subiungitur ut dicit ibi. nu. 4. iũcto. nu. 8. uers. uenio. Secus si apponitur alicui termino non contento sub primo: quia subiungitur ei aliud uerbũ: Tũc. n. nihil ponit, nec exceptiue nec affirmatiue, sed conditionaliter ponitur in ultimis uoluntatibus, & conditionalem facit dispositionem. In actibus uero inter uiuos hoc tantum facit, ut in conditionis euẽtum, prima dispositio euanescat: In defectũ 2 autem, remaneat firma. ✝ prout ita credo ꝙ ponatur in hac prag. Nam si adest præsentia patris in cõtractu, pœna statuta contra notarios, euanescit: sin autem, firma manet. Aut præcedit oratio affirmatiua, & sequitur ista dictio nisi, & tũc negat illud quod præcedens oratio affirmabat. ¶ Ista tamen uerba in præsentia 3 ✝ important ꝙ per contrahẽtes nõ possit renuntiari solemnitatibus & dispositioni istius prag. per ea quæ dicit Bal. in. l. i. C. q admitt. Barba. in. c. sup literis. nu. 169. de rescrip. 4 ubi ✝ ꝙ statuto requirenti pro forma cõsensum propinquorũ in contractu alicuius, renuntiari non põt. Et ꝙ requisita per hãc prag. sint inducta ꝓ forma, patet ex ista dictione nisi, quæ ex prædictis patet, ꝙ importat conditionem, ut etiã refert 5 Grat. cõs. 138. nu. 7. uol. i. Actus ✝ autem requisitus per uerba conditionalia, dicitur esse requisitus pro forma. secundum eũd. Bal. in auth. matri & auiæ. col. i. C. quãdo muli. tute. offi. fung. quem ad hoc allegat Cassane. in consuetu. Burgun. titu. des droictz. & appar. a gens mariez. §. vii. nu. 3. & 4. Plus dico, ꝙ dato, ꝙ ista uerba non adessent, nec inducta per prag. requirerentur pro forma, adhuc per contrahentes renuntiari

non posset, etiam cum iuramento:
6 quoniam + illud nihil operatur in præiudiciũ tertii, uidelicet patris, ꝓ cuius interesse facta fuit hæc prag. ut late diximus supra. §. ꝙ ex nunc. nu.14.c.quis de pac. in.vi.regu.alteri per alterum de reg.iur. & faciũt quæ not. Rip.in.l.si unq̃.q.41.C. de
7 reuoca.dona.ubi dicit + ꝙ in materia illius.l.renũtiari non potest, etiã cum iuramento quia tẽderet in præ
8 iudicium filiorũ.+ Bene tamen crederem, ꝙ pater posset renũtiare istis solemnitatibus in contractibus faciendis per filium: cum.n. in eius fauorem sint inductæ, regula iuris de se patet: ꝙ eis renũtiari potest.uulg. l.si quis in conscribendo cum simil.
9 C. de pac. + ex qbus ampliabis Vigesimo hanc prag.procedere etiam si fuerit renuntiatum per contrahentes. ¶ Item, ista uidentur decidere illam.q. nunquid filius fa. prohibitus contrahere sine consensu patris, possit contrahere si habeat instrumentũ patris, ubi sibi præstat assensum & consensum omnibus contractibus faciendis? & sic nunqd sufficiat generalis cõsensus in terminis istius
10 prag? + Et uidetur ꝙ nõ: qa licet in contractu faciẽdo possit dici interuenire consensum patris, ratione illius generalis, tamen negari non potest ꝙ non interuenit præsentia sua: & ideo contractus non ualebit. Secundo quia hic ordinatur non recipi contractus filiorum fa. nisi de expresso consensu, cum illa præpõne
11 d, quæ + de sui natura, causam materialem denotat, & immediatã. l. i. §.nunc uideamus.ff. de coniunge.cũ emanci.liber.not.Bar.in.l.i.§. si plures.ff. de exerci.actio. & referendo tenet Rip.in rub.ff.si cert.peta.propter quod, cum contractu immediate, consensus patris requiritur. Si autem ista uerba de præsentia, & præpositione d, non extarent, tunc dif-
12 ferentia magna est inter Doct. + nã Cyn. & post eum Bal.in.l.fina.§.necessitate.nu.23.C. de bo. quæ liber. ubi de hoc ad partes, dicit sufficere illum generalem consensum. Et idẽ Alex.consi.59.nu.3.uol.ii. Aret. autem in.§.ius autem.uer.ad unum tamen a lucretas instit. de patr. potest. tenet contrarium, possent tamẽ istæ contradictiones concordari secundum Tiraquel.in tract.ll.cõnu. Glo. v.nu. 97. ubi multa pro hoc, ꝙ aut lex requirit expressum consensum, & procedit opin.Aret. ꝙ non sufficiat generalis, ex quo pro forma lex ipsum specialem, & expressum requirit ut hic. Aut requirit cõsensum tantum, & tunc procedit prima opi. Et si dices ꝙ talis generalis consensus deberet interuenire quando conficitur contractus: Respondetur ꝙ cum consensus patris pro eius interesse requiratur (ut pluries dictũ
13 est) + põt in sui præiudiciũ, ipsum præstare quando uult: secus si tertio præiudicaret.ut dicit Afflict. decis. 286.post Iser.in.c. imperialem in fin.prin. de prohibi. feud. alien.per
14 Fede. + Ex quibus, Vigesimoprimo Ampliatur hæc pragma.ut procedat etiam si filius fa.contraxerit cũ consensu generali patris. ¶ Itẽ per ista uerba in præsentia, deciditur alia.q. nunquid possit pater per nuncium,

epistolam, uel procuratorem præstare consensum? nam cum ultra patris consensum, requirat etiam eius præsentiam, nulli dubium est ꝙ non potest: Et si taliter cōtraheretur, contractus nō ualeret. ut in propriis terminis tenet Cassane. in cōsuet. Burgun. titu. des droictz. appar. a gens. mariez. rubr. iiii. §. vii. nu. 22. referēdo Archidia. in. c. ii. distin. 65. ubi expresse dicit, ꝙ præsentia non potest suppleri per literas, quia tūc esset ficta, nō uera præsentia,

15 + nec ratificari per præsentiam sequentem. Idem Bald. in. l. i. C. qui admict. Et hoc uerum est, quomodocunq; requiratur præsentia, siue ad solemnitatem, siue ad obligandum præsentē. secundum eund. Cassa. allegat Bart. in. l. ii. §. si pupillus. ff. de tute. tenet Io. Bapt. de san. Seue. in repe. l. omnes populi. vi. q. princ. q. xxvii. Plus

16 dicens ꝙ licet præsentia + non possit suppleri per supradictos modos: tamen in casu absentiæ ut puta bannimenti patris, poterit iudex authoritate sua supplere præsentiam patris, ut sic ipso authore & præsente contrahatur. allegat Bal. in. l. transactiones. C. de transact. ubi hoc dicit expresse etiam in statuto requirente consensum & præsentiam alterius, pro interesse consentire uolentis, ꝑ ut hic. Ex quibus infertur secundum

17 eund. Cass. ꝙ + in illis casibus in quibus requiritur præsentia Aduocati fiscalis, non posset suppleri per literas substituendo aliū. Et licet ipse dicat, ꝙ per annum fuit in locum fisci patroni, solum per literas signatas signo ipsius, & ꝙ postea ille sibi resi

18 gnauit officiū, de + quo fuit prouisus in capite: tamē per prædicta dicendum est, illud forte fuisse ex causa necessaria. Hodie autē in regno,

19 hoc est etiā prouisum + ꝙ omnes officiales debeāt seruire personaliter. ut in. c. regni itē ꝙ prædicti officiales. prag. Regis Ferdinādi incip. prudentia rerū. & prag. nouissima inuictissimi Caroli Quinti Imperatoris nostri incip. mandamus. Ideo super

20 eo nō insisto. Quæ omnia not. + pro Vigesima secunda Ampliatione: ut sic ex prædictis dicatur procedere etiam si pater consentiat per epistolam, literas uel procuratorem. Limi-

21 tabitur autē + Decimo tertio ex his quæ dicta sunt, ut procedat quando pater potest esse præsens, secus si esset bannitus, uel alio modo necessario impeditus: quoniam tunc authoritate iudicis supplebitur ut dictum est. ¶ Itē ista uerba copulatiue posita, in præsentia, & de expresso consensu, tollunt altercationem Docto. quæ se habet ꝙ in terminis statuti requirentis præsentiam alicuius, in contractu alterius, non est necesse ꝙ consentiat, nec ut ab eo consilium petatur: cum satis sit illum esse præsentem. secundum Baldum in capitulo ex parte. colum. i. de rescript. Areti. in. l. si quis mihi bona. §. si coram. i. not. ff. de acquiren. hæredita. & alios quos allegat Tiraquell. in tractā. l. connu. Gloss. quinta. numero. 32. licet alii teneant contrarium, ꝙ immo sit necesse petere consilium illius, cuius præsentia requiritur in actu. ut uoluit satis pulchre idem Bald. in l. nam ita diuus.

ff.de adoptio. Abba. in.c. non potest in fin.de re iudi. Nam cum ista pragma. omnia copulatiue requirat, talis disceptatio iam decisa est. In punto tamen iuris si copulatiue nonessent requisita, Conclusio residet in hoc, ✝ ꝙ aut præsentia requiritur pro solemnitate actus, & tunc sufficit illum esse præsentem, licet contradicat. Aut requiritur ut actus reguletur, & ut ille possit contradicere & opponere, & tunc præsentia requiritur cum consensu. secundum Fely.in.c.nō potest col.iiii. &.v.de re Iudi.& Cassa. in consuet. Burgūd. titu.des droictz. & appar. agēs mariez.rubr.iiii.§.vii. nu.28. Vbi per hoc infert ad fisci patronū

23 ✝ ꝙ ubi eius præsentia requiritur, debet etiam consensus interuenire. ¶ Quæro iuxta uerba hic posita, quid si filius fa.obligatur per instrumentum, nec aliter apparet, ꝙ in præsentia, & de expresso consensu patris illud fecerit, demum post aliquos annos (puta decem) conuenitur, & ipse opponit de nullitate cōtractus, creditor replicat, omnia præsumi, stante lapsu temporis, qd dicendum? Bal.in.l.si filius fa. per illum tex.in simil.C.de peti.hære. dicit ꝙ per scientiam, & patientiam patris, cum dicti temporis diurnitate, præsumitur interuenisse expressum consensum. idē Alex. cōsi.69.circa primum col.iii. uer. sed præmissis uol.i.Aret.consi.36.casus talis est, ubi infert ad pulchram &

24 simil.q.de cardinali ✝ qui si non potest testari sine consensu Papæ, præsumitur cōsensum interuenisse, per ipsius sciētiā, patiētiā, ac tēporis diuturnitatem. Contrariam opin. tenet idem Bal.sibi contrarius in.l.ii. uer. item si statutum.C. de peti. hæredi. Alex.sibi contrarius in.l. qui in aliena in prin.ff.de acqui.hæredi. cons. 17.uiso instrumento locationis.uol. iiii.& cons.218.col.i.&.ii. ponderatis & narratis.uol.vi. Hanc etiam tenet Tiraquell.d.tract.glos.5.num. 44.in statuto tamen requirente cō

25 sensum expressum ut hic : ✝ quoniam longum tempus, non est sufficiens ad præsumendum consensum expressum, sicut tacitum. Allegat Abb.& Imol.in.c. ea noscitur col. fin.de his quæ fiūt a prælat. & Alex. cons.9.uiso themate col. pen. uer. nō obstat uol.iii.Et ego addo eund. Bal.in.l.i.C.qui admitt.Ias.in.l. sciendum col.vii. uer. confirmo.ff. de uerbo.obliga. & Cassa.in consuetu. ubi supra nu.12.quam opin.ego teneo ueriorem (stantibus istis uerbis) nam & si uera esset, prout non est opin.contraria, ꝙ per longū tempus, iuncta scientia & patientia patris, præsumatur expressus consensus, tamen in casu istius prag.nō posset procedere: quia per prædicta nō docetur interuenisse præsentiam patris in illo contractu, de qua in instrumento non fit mētio. Et ideo in q.pposita, fili⁹fa.obtinebit. ¶ Quæro iuxta istam prag.quæ patris præsentiam requirit in contractu filii, quando poterit dici ꝙ fuerit præ-

26 sens? Et in hoc reperio, ꝙ ✝ diuersi mode dici potest præsens, & secundum subiectam materiā. Quandoq.n. dicitur præsens ille qui est in ortis,

in ortis, in foro, in urbe, & conti- nentibus ædificiis.l.præsens.cum.l. seque.ff.de procu.Quandoq; ille q est in eadem prouintia.l. cum longi iuncta Glos.& ibi not.per Bar.C.de præscrip.longi.tempo. Quandoq; ille qui est in loco ubi conueniri po test, absq; fori exceptione.l. nec nõ .§.si cum.& ibi Bar.ff.ex quib.cau.s. maior.Quãdoq; ille q nõ est in cap tiuitate.l.ait prætor.§. hi plane. ff. eo.titu.Quãdoq; ille q exaudire po test.l.i.§.eodẽ tecto.ff.ad silla.Quã doq; ille qui est in cõspectu.c.ut of- ficiu.§.uerum de hereti. Quandoq; ille qui corporaliter adest.c.cum ali quibus.de re iudi.&.iii.q.i.§.sed no tandum.not.per Abba.in.c.cum pa rati.nu.5.de appella.ubi dicit q præ sens dicitur ille qui præsentiã exhi- bet corporalem, & q patet ex ethy mologia uocabuli. ut not. per Glos. in clementina dudum. de sepultu.in uer.præsentari.idq; etiam sequitur Alciat.in.l.coram.in prin.ff.de uer

27 bo.signi.+ Plus ibi dicens, q ultra præsentiã corporalem, requiritur etiam regulariter intelligentia,alio- quin,non esset opus præsentiã adhi bere illius, qui quod agitur, non in telligit, licet in aliquibus casibus de quibus per eũ, aliter seruetur. Itaq; ut dicit tex.in.d.l.coram. non uide- tur præsente aliquo factum esse ali- quid, si is furiosus aut infans sit, uel dormiat. debet.n. animo ẽt adesse. ut ibi Alciat.dicit, & ante eum Bar. in.l. diem proferre.§.coram.ff. de arbi. alias abesse intelligitur. Et ita in hac prag.intelligi debet quod de præsentia dicitur. Et sic. q. respon- dendo dico, q præsens erit pater, si corpore aderit, animoq; intellexe- rit id de quo agitur, tãto magis, qa hic requiritur præsentia cum illa di

28 ctione in + cuius natura est, si perso næ iungitur, ut actum in ipsam per sonam denotet.secundum Bal.in ru bri.ff.solut.matri.Et sic cum in præ sentia fieri debeat, ipsa præsentia requiritur: tum ex ethymologia præ

29 dicta, cum etiam, quia+ cum simus in statuto, uerba debent præcise, & in potiori significatu capi.l. iii. §. hæc uerba. ff. de nego. gest. ut hic de uera, & corporali præsentia intel

30 ligantur, + Aduerte tamen, q fi- eri aliquid in præsentia, uel fieri coram, idem importat. ut patet ex .d.l.coram.iunctis his quæ ibi not. Alciat.in prin.

Prosper Carauita.

SVMMARIVM.

1 Pater obligando se cum filio, præ- sumitur consentire.

2 Pater, fideiubendo in contractu fi- lii, dicitur consentire.

3 Consensus expressus ubi requiri- tur, debet expresse præstari. & nu.50.

4 Consensus, in dubio præsumitur esse de substantia, ideo expræsse præstari debet.

5 Notarii, quia non intelligunt effica ciam clausularum, eorum imperi tia destruunt mundum.

6 Notarii, quia nesciunt quod scri- bunt, testantium uoluntates sæpe peruertunt.

7 Ampliatio Vigesima tertia.prag.

§. XI.



ET DE EXPRESSO CONSENSV EORVM PATRVM. Ista uerba, determināt q. nunquid ualeat contractus in quo filius fa. simul cum patre se obligat (cum tamen in instrumento nihil dicatur ꝙ pater sibi præstat consensum) in qua Aret. in. §. ius autem. uer. & prædicta. insti. quib. mod. ius patr. potest. dicit præsumi consen-
1 sum, + ex eo ꝙ pater se obligat cū filio. Allegat Dyn. & Bar. in. l. cum patre. §. libertus. in fin. ff. de lega. ii. idem tenet Ang. & Imol. in. l. is qui hæres. §. fina. ff. de acqui. hæredi. Bal. & Sali. in. l. fina. col. ii. uer. quæro dicit statutum. C. ad macedo. cū infinitis simil. allegatis per Tiraquell. in tract. ll. connu. glo. v. num. 24. Idem si filius se obligat, & pa-
2 ter fideiubet: + quia præsumitur, patrem præstasse consensum. secundum Bal. in. l. exceptione. C. de euicti. per. l. pomponius. §. i. ff. in quib. caus. pign. taci. contra. & Guliel. benedict. in repe. c. rainutius. in uer. matrem insuper cleram. nu. 44. de testa. Contrariam opin. tenet Aret. in. l. si quis mihi bona. §. iussum. nu. 8. uer. quin immo. ff. de acqui. hæredi. Bal. in. l. i. C. qui admi. Fely. in. c. cum. M. col. 17. de constitu. Abba. in. c. cum parati. de appella. Ias. in. l. i. §. item acquirimus. col. ii. ff. de acqui. posse. sentit Apostill. Bal. in. d. l. exceptione: ubi multa allegans,
3 dicit + ꝙ consensus expressus, debet expresse, & specifice præstari. Idem Cassa. in consue. burgu. titu. des droictz appar. a gens mariez. rub. 4. §. 7. nu. 13. & bona Apostill. ad Abba. in. c. cum dilectus. primo notabi. & per litera d, in uersi. circa hoc de licentia. extra de consue. ubi
4 dicit + ꝙ consensus, in dubio præsumitur esse de substantia actus in quo requiritur, & ideo expresse præstari debet. allegat Bar. in. l. fina. §. necessitate. col. 7. C. de bon. quæ liber. & Baldus in lege finali. C. de eroga. milita. anno. lib. x.

quam opin. ego confirmo per uerba illius prag. quæ si uoluisset tacitum consensum, non dixisset de expresso. Et ideo filius conueniri non poterit, sed solū pater, uel si mortuus est, eius bona, & eis nō extantibus, filius semper erit liber per prædicta. Credo tamen, ꝙ hodie ista cessarent: qa practica notariorum, in similibus casibus se habet, ꝙ apponunt hæc uerba in instrumētis, uidelicet, cum authoritate, notitia, & expresso consensu sui patris, ibidem præsentis, & consensum præstantis. Moneo tamen notarios, ꝙ a tali pract. abstineant, nisi a partibus dicatur: ✠ quia
5 ipsi non intelligunt uim, & efficatiā clausularum, & ideo eorum imperitia destruit mundum, & conscientias bonorum uirorum, sæpe ponit in periculum. secundum Bal. cons. 5. uol. ii. Et ut dicit Ang. cōsi. 250. quē refert Rip. in l. cēturio. nu. 83. ff. de
6 uulga. ✠ Notarii, quia nesciūt quid scribant, testantium uoluntates sæpe
7 peruertūt. Et sic ✠ Ampliando uigesimo tertio hanc prag. dicas ipsam procedere etiam si filius fuerit obligatus cum patre. Quod autem dixi, ꝙ pater tātum tenebitur, intellige si insolidum interuenit, secus si ut fideiussor (ut latius dicemus infr. §.) Et acta non teneant. nu. 34. ¶ Quæro, quid si filius fa. contraxit cū eius patre, donando & tradendo sibi aliquam rem, & pater in tali donatione sibi consensum præstat: demum pater illam uēdidit tertio & decessit: nunquid possit postea filius illam rem auocare, uiuente uel mortuo eius patre? eo ꝙ, in contractu facto per eum, non potuit in sui fauorem præstare consensum? Tiraquell. in tract. ll. connu. Gloss. vi. quæst. xiii. num. 111. usq; ad num. 119. allegat in utranq; partem nōnullas doctrinas: tandem residet in hac distinct. cum Alexan. in. l. i. ff. de autho. tuto. & l. i.
8 §. fuit quæsitum. ff. ad Trebelle. ✠ ꝙ Aut consensus unius, requiritur ad integrandam personam alterius, & tunc ille qui habet consentire, non potest in proprium cōmodum præstare consensum: & ita procedant allegata pro una parte. Et quæ dicit Catell. cott. in suis memora. in uerb. filius fam. potest, & in uer. statutum. post Bal. consi. 23. præsupposito statuto. uolu. fin. Aut requiritur pro interesse & fauore consentire uolentis ut hic, Et tunc procedant allegata pro alia parte, ꝙ potest in eius cō-
9 modum consentire, ✠ ne inducta in fauorem, retorqueātur in odium cōtra. l. quod fauore. C. de legi. & l. plures apochis. C. de fide instrumento. ad quod faciunt quæ not. Bald. in. l. pactum quod dotale. q. 21. C. de collat. & post eum Ias. in. l. præses. num.
10 4. uersi. ego. C. de transact. Vbi ✠ ꝙ statutum requirens aliquam formā, uel solemnitatem in contractu filii, non habet locum in patre faciente talem actum cum filio. Idem tamen Tiraquell. num. 120. dat cautelā euitandi tot disputationes: uidelicet ꝙ pater non præstet consensum, sed faciat, loco sui consensus, interponere iudicis decretum. ex mente Bald: in. l. si furiosi. in fine. C. de nupt. per Gloss. ibi. quod sequitur Alexan. in d. l. i. ff. de autho. tuto. Quæ cautela,

licet bona sit (quia nihil nocet, & ius commune non ledit. l. quæ dubi-
11 tationis. ff. de regu. iur.) Tamen + ex prædictis superflua est: quia ista prag. nullum uerbum facit, quando filius contrahit cum patre, sed quando cum persona extranea: Merito, relinqui debet iste casus dispositioni iuris cōmunis. l. commodissime. ff. de liber. & posthu. Quo iure cauetur, ꝙ eo ipso ꝙ contrahit cum patre, uidetur consentire, ut patet ex supradictis. & not. per Bal. in. d. l. exceptione. in uer. not. ꝙ ille. facit tex. in. l. titius. ff. quib. mod. pig. uel hip. sol. ubi per Angel. & not. Abb. in. c. cum dilectus. per illū tex. in. i. not. de consue. & ibidem Apostill. in litera. f. Item, ꝙ talis solemnitas a statuto requisita, non habet locum in eorum contractu (ut proxime dictum
12 est) cum nouum non sit + legis nouæ fieri interpretationē, per legem ueterem. secundum Glos. in authen. offeratur. C. de lit. contestati. Quibus faciunt ad propositum, quæ tradit Excell. Dominus Marinus Freccia. in tract. de subfeu. lib. ii. q. xxxi. Vbi loquens de consensu qui specialiter præstari debet in alienatiōe rei feuda. per constitut. regni diuæ me-
13 moriæ: + dicit, ꝙ talis assensus specialis non requiritur, si rex, aut regia curia, interuenit in contractu: quia. d. constitu. loquitur quando contrahitur inter extraneas personas: Et merito talis casus (tanꝙ omissus) relinqui debet dispositioni iuris cōmunis. Et si dicatur, ꝙ ista non possunt ꝑcedere ī terminis istius prag. ex eo quia, in ea ordinatur, non recipi contractus, nisi cum consensu patris, apponendo illa uerba, nisi, quæ sunt condictionalia (ut dictum fuit in præcedenti. §. num. 2.) Et quando aliquid a lege ponitur condictio-
14 naliter + illud dicitur requiri pro forma. secundum Bald. in auth. matri & auiæ. col. i. C. quando mulier tute. offi. funga. & Cassa. in consuet. Burgu. titul. des droictz. & appar. a gens mariez. §. vii. nu. 3. & . 4. Quæ
15 forma, + debet præcise seruari. secundum Bal. in. l. i. col. antepenu. C. qui admitt. & Ias. in. l. i. col. iii. ff. de uerbo. obliga. Et non posset dici seruata præcise, si in locum consensus adesset decretum, iuxta cautelam Tiraquel. Responsio patet ex supradictis, ꝙ ista prag. de isto casu non loquitur, sed solum, quādo cum extraneis contrahitur. Merito limitan-
16 do + Decimo quarto hanc pragma. tene opin. prædictam, ꝙ ista pragmatica non procedat, si filius fa. contraheret cum eius patre, Intelligendo tamē in casibus in quibus potest filius famil. de iure communi, cum patre contrahere, & ualet donatio.
17 + de quo remitto te ad textum cum Gloss. in. l. ii. C. de inoffi. dona. Bald. in. l. iii. nume. 8. C. pro dona. Soccy. consi. 33. in princ. uolu. iii. Bald. in. c. i. §. item sacramenta. in uer. cōtractibus. de pace iuramen. firma. Roma. in. l. donationes. §. pater. ff. de dona. & Barba. in addict. ad Bal. in. d. l. iii. ubi bona addict. ¶ Iuxta prædicta quæro, quid si pater non uult præstare suum cōsensum filio cōtrahenti? nunquid cogi poterit? Tiraquell. d. tract. glos. vi. q. xv. nume. 125. ponit

hanc.quæst.in statuto requirēte con sensum consanguineorum in contractu mulieris: Et ex multis conclu dit, ꝙ isto casu, iudex examinabit si adest iusta causa contradictionis, ut tunc pater non cogatur. Sin autem, interponet decretum ꝙ filius possit contrahere sine præsentia, & cōsensu patris. per ea quæ nota. Barto. & Bald. in.l.si cum dotem. §.eo autem tempore. ff. solut. matri. Dicit tamen postea. nume. 132. ꝙ hoc ideo est. Quia consensus propinquorū, requiritur ad integrandam personam mulieris, sed quando reqreretur, propter interesse cōsentire debentis, tali casu ipse putaret ꝙ non posset cogi ad consentiendū. Nec eo inuito posset iudex (nec deberet) de-
18 cretū interponere. Et ideo in terminis istius prag. teneo ex prædictis, + ꝙ pater nō potest cogi ad præstādū cōsensum, nec iudex potest cum eius decreto facere, ꝙ filius fa. contrahat
19 eo inuito. ꝓ qua opin. facit quod habetur in fini. + ꝙ filio acceptāti munera, & honores publicos, nō cogitur pater consentire, ad hoc ne bona sua teneantur: q̄uis e conuerso, prohibire filio non possit, ne acceptet. l. iii. §. si filius & l. honor. §. plebeii. ff. de muner. & honor. quæ iura, ad hoc allegat Io. de platc. in. l. i. nu. 2. C. de filiis fa. & quemadmodum. lib. x. Prædicta tamē, procedūt quando efficeretur deterior cōditio patris, secus si utilis: Nam ut supra con clusimus in. §. A filiis fami. num. 12. ista pragma. non habet locum quando filius fami. facit contractum utilem: si ergo sine solemnitate prag. potest utilē contractum facere, multo magis cum iudicis decreto, licet inuito patre: quāuis isto casu, nō credo ꝙ aliquid ei acquirat, sed totum suum erit: per iura uulga. ꝙ inuito beneficium non datur. l. inuito. ff. de regu. iur. & per tex. in. l. cum non so-
20 lum. in principio. uer. siue e contrario. C. de. bon. quæ liber. + ubi, ꝙ filius fami. adiens hæreditatē, uel faciens alium contractum, recusante patre, totum suum facit. ut etiam
21 Gloss. ibi tenet, in uersicu. contractus. per quæ + limitando decimo quinto hanc pragma. dicendum est, ipsam procedere quando pater uult præstare suum consensum: alias si noluerit, & tractetur de utili contractu, non habet locum hæc dispositio: sed filius famil. contrahere poterit, uel cum decreto iudicis, uel sine, ex prædictis. ¶ Quæro, quid si postquam filius fami. contraxit cum consensu patris, pater reuocauit consensum? nunquid potuit hoc facere, ita ꝙ contractus iam factus annulletur? Tiraquell. in dicto tracta.
22 Gloss. vi. quæstione. 14. nume. 123. dicit ꝙ non: + Ex quo esset in præiudicium tertii cui ius quæsitum est, quod fieri non potest. secundum Paul. de Cast. in. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. uersic. ii. not. per Gloss. i. ff. solut. matri. post Bald. in. l. fin. §. necessitate. columna. iii. uer. quæro an pater possit reuocare. C. de bon. quæ liber. Angel. consi. 290. thema est tale. columna. 4. & est tex. nota. in. l. i. §. prodest. ff. quoru. lega. Et iste casus, quando ius tertio est quæsitum, est unus de illis qui reuo-

catione consensus, & uoluntatis mutationem impediunt. per. d. iura. & l. fin. ff. de pact. Secundus est, quando ex consensu & uoluntate semel praestita, alteri est obligatus. per tex. not. in. l. in cõmodato. §. sicut. ff. cõmod. & l. sicut. C. de actio. & obliga. Tertius, quando res nõ est integra: quod in iudicio, esset post litem contestatam. l. post litem. ff. de procura. & l. & qa. ff. de iurisdi. omni. iudi. Quartus & ultimus est, quando consensus seu uoluntas, traxit secum executionẽ. l. qui ob rem. ff. de condi. indebi. & l. apud aufidium. ff. de optio. lega. ut latius per Bald. & Paul. de Cast. in. d. §. eo autẽ tẽpore. ¶ Quaero, quid si factus est contractus per filium fa. sine cõsensu patris, demum per eius mortem, emancipationem, aut aliũ modum, factus est sui iuris: nunquid cogi poterit ad obseruantiam dicti contractus? Tiraquell. d. tract. Gloss. vi. q. xi. nu. 97. ponit hanc. q. & refert, ꝙ nonnulli docto. tenuerunt in utrãq; partem, per pulcherrimas rationes: tandem residet in hac opin.
23 ✝ ꝙ cogi non potest: Allegat Bald. in simil. in. ii. repeti. l. i. columna. vii. uersic. sexto incidenter quaero. C. de sacro sanct. eccle. ubi dicit ꝙ si filius
24 famil. ✝ facit testamentum ad pias causas, sine consensu patris, prout fieri debet. c. licet. ubi doc. de sepul. in. vi. si pater moriatur, & post aliquod tempus filius, non propterea reconualescit testamẽtum. Idem Signor. conf. 135. ubi, ꝙ si filius fami. uẽdiderit rem aduentitii peculii insscio patre, qui post modum moria-
25 tur, ✝ poterit filius, rem ipsam ab emptore auocare, quia uenditio nõ ualuit. Et per alia multa quae ibidem adducit. Pro qua opin. facit tex. in. l. inter stipulantẽ. §. sacram. ff. de uerbo. oblig. l. sicut. C. de falsa. l. si seruo. ff. qui & a quibus. manu. libe. §. praeterea instituti. quib. non est permiss. face. testa. & l. inter caetera. ff. de lega. i. ex quibus iuribus apparet ꝙ cõtractus semel nulli in eorum initio, ex post facto per tractum temporis non reconualescunt. alias facile fieret fraus huic prag. omnesq; libere contraherent cum filiis fam. sub illa spe, quinimmo certitudine habendi aliquando eorũ credita: quod quidẽ fieri nõ debere latius diximus supra §. Quũlibet. nu. 13. & 14. Bene tamẽ uerũ est, ꝙ si iste filius fam. postq̃ sui iuris esset effectus, per iudiciũ nouae uolũtatis tacitae, uel expressae, ratificasset illũ cõtractũ, posset ex eo cõueniri: Quia tũc, inutiliter factũ, non extractu tẽporis recõualesceret, sed ex noua uolũtate. iuxta tex. not. in. l. i. C. de cõtract. iudi. l. & si cõtra man data. C. de nupt. & l. 1. & ii. C. si ma-
26 ior. fact. ratum habue. Ex quibus ✝ Ampliabitur haec pragma. Vigesimo quarto, ut procedat, ꝙ contractus filiorũ fa. nõ ualeant, etiam si postea effecti fuerint sui iuris. ¶ Quaero, quid si filius fa. sine consensu patris fecerit cõtractũ, in euidẽtẽ utilitatẽ, quẽ facere potuit. ut supra conclusimus i. §. A filiis fa. nu. 12. demũ apposuit pactum de retrouendendo pro eodẽ precio, nunquid tale pactũ, sine consensu patris ualebit? Tiraquell. in tracta. suo de retract. titu. ii. in principio ponit hanc quaest. & eã

In utranq; partem examinat. a nu.i. usq;.17.& in tract.ll.connu.glos.vi.
27 q.x.nu.89. Et in utroq; loco + distinguit, ꝙ aut tale pactum, appositum est in eodem contractu, & ualet, & poterit postea retrouendere sine alia solemnitate, & consensu patris: Allegat inter alia, satis nota. Bal.cons.414.factum tale est. quędam domina.uol.ii.Curt.iuni.consi.146.pręsupponitur.col.i.in fin.Paul.de cast.cons.318.considerandum est.col.fina.uol.i.Alber.Bal.& Ange.in.l.si contra.§.si filius fa. cum.l.seque.ff.de pact.Aut tale pactum, est appositum post contractum ex interuallo, & tunc non ualet, nec retrouendere posset sine consensu patris: quia tunc censeretur nouus cōtractus. Alex.cons.106. super alio dubio.uol.vii.Cagno. in repet. l.ii. q.x.C.de pact.inter.emp. Ratio autem prędictę distinctionis est, quia, quando illud pactum apponitur in continenti, & demum retrouenditur, talis retrouendictio, non dicitur nouus contractus, sed exequutio primi. Allegat.l.is qui sine.§.si ab ignoto.ff.de manumiss. &.l.i. in fin.ff.de reb.eor. Merito dici debet
28 ꝙ ualeat. sic + limitando Decimo sexto hanc prag. ut non procedat, quādo cōtractus fact⁹ sine solēnitate, non esset nouus, sed exequutio primi. ¶ Quęro, quid si filius fa. habet filiū, & eidē donet sine consensu patris, in casib⁹ in qbus pater potest filio donare: de qbus in.l.ii.C.de inoffi.dona.nūquid talis cōtractus ualebit: taliter ꝙ postea ille nepos, possit illam rem pręcipuam habere? Tiraquell.in tract.ll.connu.glos.vi.q.xii.nu.138.ponit hanc.q.& dicit, ꝙ Bal.consuluit in terminis cōs.407. pręsupponendū est ꝙ in terris.uol.
29 ii.ꝙ statutum, + requirens consensum proximorum in contractu mulieris, non habet locum, cum donat liberis. ex quo donatio inter liberos, ratione pietatis, non intelligitur esse prohibita.l.i.C.de impon.lucra.descri.lib.x. &.l.uoluntas.C.de fidei com. Item alia ratione, quia statutum emanauit, propter fragilitatem mulierum, quę fragilitas, donando filiis, considerari non potest. sed breuiter, quo ad istā prag.uide
30 tur distinguendum, + ꝙ aut iste filius, cui fit donatio a patre, est emancipatus respectu aui, Et tūc indistincte tenerem, ꝙ talis donatio non ualet: Quia reputatur tanq̄ quilibet alius, & ideo in pręiudicium aui, cuius consensus requiritur pro eius interesse, donari non potuit. Non obstat cons.Bal.& alia quę dicebat Tiraquell.quia ea procedunt in muliere, in qua consensus propinquorum, non requiritur pro eorum interesse, sed pro fragilitate muleris: quo casu bene militant rationes per eos allegatę. Si uero non est emanci
31 patus + sed in potestate aui extat, tunc e conuerso, indistincte tenerem ꝙ ualeret. Quia, quod donat filius fa.cum sit (quo ad usumfructum) sui patris, ex quo donatur nepoti suo, ad huc habet usumfructū, & est idem cum eodē. Et facit, quod dicitur in simil. in materia feudorum, ꝙ ualet alienatio sine consensu domini, quando alienatur illi qui est

est immediate successurus.c.i.de ali
32 ena.feud.pater. Per quæ + poteris li
mitare Decimo septimo hanc prag.
ut non procedat, quando filius fa.
donaret, uel aliter contraheret in ca
sibus permissis, cum eius filio exi
stenti in potestate aui, per prædicta.
¶ Quæro iuxta istam prag. quid si
pater esset mente captus, furiosus,
aut aliter incapax? nunquid filius de
bebit contrahere cum eius consen
su & præsentia? taliter ꝙ contractus
ualeat? uel si contrahat sine eo, sit nul
lus? Doct. in hac.q. dissentiunt, nam
33 aliqui uolunt, ꝙ statutum + quan
tumcunq; generaliter loquens, reci
pit restrictionem de habilitate, &
idoneitate personæ.§.in personam.
uer.cum omnibus. in fin. institu. de
56 tione.C.de fid.instru.tenent ꝙ sic.✝ Idem Cassa.in consuetu.burgun.titu.des enfans.rub.vi.§.iii.num.ii.dicit tamen ex mente Doct.in.d.l.emãcipatione &.l.ii.C.de emancipa. li-
57 bero. ✝ ꝙ quando scriptura esset deperdita, posset emancipatio probari per testes. Et ꝙ requiratur scriptura in emancipatione. tenet et Afflict.decis.183. Præterq̃ in casu. secũdũ eund. Afflict.uidelicet.quando tractatur de emancipatione præsũp-
58 ta ✝ ex cursu decẽ annorũ, quibus filius habitauit tanq̃ emãcipatus, seorsum a patre iuxta.tex.l.i.C. de patr. potes.& ea quæ dicũt Alberi.& Bal. in.l.post mortẽ.ff.de adoptio. Glos. & Bar.in.l.ii.C. si aduers. rem iudi. Cassa.in consue.burgu. titu. des enfans rub.vi.§.iii.nu.2.& Ias. in.l.q in aliena.in prin.nu.50.ff. de acqui. hæredi. Tunc enim, q̃a allegata emãcipatio ex cursu temporis præsumitur, alia scriptura non requiritur.& ita teneas. ℭ Quæro congruenter, quid si filius fa.reperitur in potestate patris tamen emancipatus quo ad unum contractum faciendum cum tali, nunquid contractus factus cum illo tali, cuius intuitu reperitur emãcipatus ualebit? Ista.q. dependet ab illo artic.nũquid emãcipatio possit fieri ad unum actum tantũ? Et iste articu.reperitur diffuse tractatus per Docto.in diuersis locis. Tãdẽ Aret. post multa in utranq; in partẽ adducta in.§.præterea nu.ix. uer. quæro. instu.quib.mod.ius patr.potes. fol-
59 ui.✝ tenet ꝙ non.allegat Imo.in.l.i. §.hoc autẽ.ff.ad trebell.& respõdet cõtrariis. Idẽ tenet Guli.bene.in repe.c.rainutius.in uer.matrẽ suã ꝗ clerã.nu.27. parte prima de testa. ubi bene examinat, Et dicit ꝙ hæc opi. quæ fuit Bal.in.l.seniũ.C. q testa. face.poss. est cõmunis & uerior.ut patet ẽt ex Ias.in.d.§. hoc autẽ. ubi ad partes in.ii. lectu. nu.12.& ẽt Ripa. in.d.l.i.§. in filii.ff. ad trebell. licet ipse aliter teneat.& nõ bene iudicio
60 meo. Primo ✝ q̃a patria potestas est indiuisibilis, propter quod nõ põt q̃s eodẽ tẽpore esse in duplici statu contrario.l.i.§.i.C.de lati. liber.tolle.&.l.si pariter.ff.de libera.caus. Secũdo, q̃a si hoc esset uerũ ꝙ q̃s posset esse eodẽ tẽpore in potestate patris & sui iuris, nõ posset esse nisi ex
61 fictione ✝ quã homo nõ põt inducere, sed lex.l.si forte.ff.de castr. pecu. & nota.p Bar.i repe.l.si is q ꝓ ẽpto.
62 ff.de usucapi. Tertio ✝ q̃a actus legitimi nõ recipiũt diẽ neq; cõditionẽ .l.actus legitimi.ff.de reg.iur. Cũ ergo emãcipari q̃s nõ possit ad unũ actũ tãtũ, seq̃tur responsio ad præfatã. q.ꝙ contractus factus cum illo cuius intuitu tantũ reperitur quis emanci-
63 patus, nõ ualet. Ex q̃bus limitabis ✝ hãc prag. Vigesimo quarto nõ ꝓcedere in emãcipato ad unũ actũ tãtũ: Quia is per prædicta reputatur tãq̃

non emancipatus, & ideo contrahere non potest. ¶ Quaero satis necessario in hac prag. filius fa. fecit contractum simul cum patre, obligando se alteri, & pater in instrumẽto sibi praestitit suum consensum, demum se fecit emancipare, & dicit ꝙ uult gaudere beneficio. l. ii. ff. quod cum eo. uidelicet ꝙ conueniatur in quantum facere potest, nunquid bene dicat? Ego in facti contingẽtia, in quadam causa uertente tunc in Regia Audientia Principatus citra & Basilicatae, dicebam prima facie ꝙ non. Primo quia per hanc prag. est inuentus nouus modus ut filius fa. obligetur, merito perpetuo obligatus esse debet. ne solemnitas inuenta ad contrahendum cũ consensu patris, reddatur frustratoria: Cum si contrarium uerum esset, omnes uterentur hac cautela, & se emancipare facerent. Secundo dicebam, clarũ est ꝙ per istam prag. sunt aequiparata ista duo in filio fa. uidelicet contrahere emancipatus, & contrahere cũ consensu patris: sed si contrahat emancipatus, non negabitur quin dicatur
64 + ꝙ non gaudet beneficio. l. ii. quae loquitur de contractibus factis per eum quando existebat in potestate patris, Ergo nec etiam negari poterit hodie stante prag. ꝙ non gaudet de contractibus factis cum consensu patris. Tertio per regulã. c. cum cõ-
65 tingat. extra de iur. iura. ubi + ꝙ iuramenta toties seruari debent, quoties sine interitu seu dispendio salutis aeternae seruari possunt. Et per casum ibi positum. ꝙ priuilegium a lege ciuili concessum, tollitur per iuramentum. quis ergo per. d. l. ii. ff. quod cum eo. filius fa. sit priuilegiatus, tamen contrahendo seruata forma istius prag. cum consensu patris & iuramento, illud priuilegium omnino amictere debet. Quarto quia renunciatum erat in instrumẽto omnibus legum auxiliis, prout communiter in omnibus instrumentis notarii apponunt istas renunciationes. Et ideo frustra legis auxiliũ implorat. l. si quis in conscribendo. cum sua materia. C. de pact. Et si diceretur non esse in specie renunciatum. d. l. ii. dicebam, ꝙ ratione iuramenti, illa generalis renunciatio reputatur ut specialis. per ea quae dicit Bal. in. l. i. q. ii. C. commodat. Ias. in. l. si conuenerit. nu. 15. ff. de iurisd. omni. iudi. l. i. num. 20. ff. si quis in ius uoca. non ier. &
66 Ioan. de amic. consi. 114. ubi + ꝙ ratione iuramenti, generalis renunciatio pro speciali reputatur. per. l. cũ quis decedẽs. §. mater. ff. de lega. iii. Vere tamen loquendo, dicebam postea ꝙ per istam prag. nullo modo sublatum est filio fa. post contractũ emancipato, beneficiũ. d. l. ii. ff. quod cum eo. Et in hoc esse considerandũ ꝙ ista prag. nihil noui adducit circa ualidãdas obligationes filiorum fa.
67 cum de iure communi ualidi erant eorum contractus omnes, + praeter mutuum & uotum. l. tam in contractibus. ff. de iudi. l. filius famil. ff. de actio. & obliga. l. i. ff. ad macedo. sed solum restrinxit casus in quibus hodie procederet dispositio iuris communis, uidelicet dictarum legũ. Nec tamen in ista prag. expressum est, ꝙ in casibus in ea restrictis uelit tollere

aliam dispositionem iuris cōmunis
68 existentis in.d.l.ii.✝ Immo ut d.l.correctio euitetur. iuxta. l. præcipimus cum simil.C.de appella. debemus dicere non habuisse istam prag. intentionem corrigendi, nec correxisse in dubiis per eam non decisis, sed potius reliquisse sub determinatione eiusdem iuris communis. uidelicet. d.l.ii.ut habetur in.l. serui uestri. cū ibi not.ff.de noxa.per Alex. & alios in.l.fina.§.in cōputatione.C. de iur. delib. & in simili statuto annullante contractus minorum.25.annis. uoluit Grat.consi.47.nu.20.Vbi ✝ ꝙ
69 statutum etiam contra ius commune, in casibus non expressis, recipit interpretationem ab eodem iure cōmuni prællega.l.si serui uestri.C.de noxa.l.ut gradatim.§. sed si lege. ff. de mune.& honor. tradit Cor. cons. 5.nu.20.cōsi.71.nu.20. & cōsi.115. nu.27.uol.ii.Non obstat illud quod primo loco adducebam, ꝙ per istā prag. est inuentus nouus modus & solemnitas obligandi filios fa. Et si non tolleretur beneficium.d.l.ii.hæc prag.esset frustratoria, quoniam (ut dictum est) nihil noui adduxit, sed quod hodie per eam statutū est quo ad ualiditatem contractus, etiam antiquitus erat.d.l. tam in cōtractibus. cum supra allegatis. Nec dici potest hæc prag. frustratoria & elusoria ꝑ hoc, cum etiam ꝙ locum habeat.d.l.ii.circa casus contentos in ea, nihil noui esset: sed illud idē quod antea locum habebat, etiam in casibus in ea contentis (præterꝗ in emancipato ut dictum est.) Et quis dicitur ꝙ isto modo omnes facient se emancipare, hoc non obstat: cum talis cautela sit inuēta a lege met. uidelicet
70 d.l.ii.quo casu ✝ non dicitur fraudem facere, qui actum facit lege permittente.l.gracchus. C.ad. l. corne. de sica. Non obstat secundum, quia non est uerum ꝙ per istam prag. sint equiparata illa duo, uidelicet cōtrahere in potestate cum consensu patris, & contrahere emancipatus, sed solū uoluit hæc prag. ꝙ cum de iure communi in omni casu obligaretur filius fa. hodie obligetur in casibus contentis in ea tantum. Nec dicitur hic, ꝙ si de iure communi esset differentia inter hos casus, tollatur: cū ergo non dicatur, relinquendum est similiter dispositioni iuris communis, quo fit differētia inter eos. Quāuis ergo filius emancipatus hodie cōtrahens, non habeat beneficium.d.l. ii. hoc non est ex dispositione istius prag.sed eiusdem iuris communis. Et si filius in potestate constitutus cōtrahens, & postea emancipatus gaudet.d.beneficio, non mirum, quoniā id a iure cōmuni sibi concessum est. Non obstat tertium & quartum de iuramento & renunciatione: Quia aliud est tractare ꝙ tollatur beneficium.d.l.ii.per hanc prag.& (ut dictum est) non tollitur, Aliud, ꝙ tollatur per iuramentum & renunciationem, quoniam eo casu tenerem filium fa.habere obstaculum.per.d.c. cum contingat. cum supra allegatis. ratione iuramenti & renūciationis, cum.d.l.ii.loquatur in cōtractu simplici, non autem de uallato per iuramentum & renuntiationes. Posset tamen dari modus gaudēdi dicto be-

neficio, si tamen prius impetrauerit absolutionem a iuramēto. iuxta not. per Afflict. decis. 220. nu. 10. cũ seque. ubi ad plenum de materia absolutionis iuramenti, pro ut in dicta causa factum fuit, & decisum pro filio emancipato, & etiam in sacro cõsilio. Neap. pro ut uidi per quandam copiam decreti ibidem lati, & in dicta causa præsentati. Quæro in hac pragma. in qua de emãcipatione fit mentio. nunquid filius fa. cogere po
71 test patrem ut ipsum emancipet? ✝ Breuiter dicas q non regulariter. l. nec auus. C. de emancipa. libero &. §. fina. institu. quibus mod. ius patr.
72 potest. solu. ✝ Et eodẽ modo pater non potest inuitum filium emancipare. l. penu. ubi not. per Glos. C. de emancipa. liber. Glo. in authent. quibus mod. natura. effici. sui. §. generaliter. & in. d. §. fi. institu. quib. mod. ius patr. potes. solui. in fina. uerb. lo. de platea. in. l. lenones. num. 4. C. de specta. lib. xi. Zas. in. l. patrẽ. nu. 2. ff. quæ in fraud. credi. & Ripa. in. l.
73 in quartã. nu. 184. ff. ad. l. falcid. ✝ Bene tamen uerum est, q ex illis causis ex quibus potest exhæredari a filio, ex eisdem potest inuitus cogi ad emancipandum. ut dicit Aret. in. d. §. fin. & Rip. in præallega. loco. allegat Rapha cõmen. consil. 82. casus talis est. & not. per Glos. in. d. §.
74 fina. ubi aliquos casus enumerat. ✝ Sed an in eisdem casibus omnibus in quibus cogitur pater emancipare filium, cogatur ipse filius emancipationi consentire? Vide Aret. in. d. §. fina. ubi satis nota distinguit, & facit duos casus. ideo breuitatis causa ad ipsum te remicto. Quæro subsequenter, pone q filius est emancipatus a patre ut hic dicitur, tamen postea dedit se in arrogationem alicui. iuxta formam positam in. l. 11. & l. cũ in adoptiuis. §. fina. C. de adoptio. &. §. illud institut. eo. nunquid si contrahere uolet, consensum patris arrogantis adhibere debebit? an tanquã emancipatus poterit sine eo
75 contrahere? ✝ Breuiter in hoc dico, q patris arrogantis expressus consensus requiritur iuxta formã istius
76 prag. eo quia ✝ filius arrogatus transit in potestatem patris arrogantis, & ei, quo ad bona, & personã subiicitur. ut in. d. iuribus apparet, propter quod eadẽ ratio militat in eo, quam diximus militare in patre legitimo & naturali. supra in. §. q ex nũc. nu. 15. cũ sequen. Et emancipatio ita consideratur a legibus, q fiat a patre arrogante, sicut a legitimo & naturali. ut patet ex. d. l. 11. &. §. cũ autẽ. uersi. item non aliter. institu. de adoptio. Merito cũ adhuc sit in potestate patris. & non emancipatus mi-
77 litet q eadẽ ratio, ✝ militare etiã debet eadẽ prag. dispositio. iuxta. l. i. §. i. ubi etiã Bar. ff. de font. Et quæ diximus in patre arrogante, dicas etiam
78 procedere in patre adoptante, ✝ Si tamẽ dederit se in adoptionem auo materno, uel patre suo emancipato, auo uel pro auo paterno. iuxta distinctionẽ tex. in. d. l. cũ in adoptiuis. §. si uero. & instit. de adoptio. §. sed hodie. quia & in his casibus adoptatus transit in potestatẽ patris adoptãtis. d. §. si uero. ibi & is ei solus pater. & propterea eadem ratio militat, &

79 in cõsequentiã eadẽ dispositio. ✝ ex quibus Ampliatur hæc prag. Vigesimo sexto procedere etiam in patre arrogante uel adoptante intelligendo tamen ut proxime dictum fuit.
Prosper Carauita.

SVMMARIVM.

1 Seorsum in hac prag. qd importet?
2 Ab præpositio regulariter separationem importat.
3 Verbum familia quatuor significationes habet.
4 Prag. ista de qua familia intellexit.
5 Habitare & uiuere in hac prag. quid importent?
6 Habitare proprie dicitur quis ubi est cum familia.
7 Limitatio uigesima quinta.
8 Filius ta. pp pestem a patre recedẽs non dicitur uiuere seorsum.
9 Habitare uerbũ est frequentatiuum.
10 Intellectus ad generalem indultum.
11 Statutum tholosanũ equiparat emancipatum & seorsum habitantem.
12 Fili⁹ seorsũ habitãs an possit testari?
13 Correctio iuris communis est euitanda. & .14.
15 Dictio seu ponitur inter diuersa, & stat ampliatiue.
16 Filius separatus a patre non dicitur habitare cum patre, si pater uadit ad habitandum cum eo.
17 Limitatio Vigesima sexta prag.
18 Statutum prohibens contrahere an procedat si contrahatur in redemptionem captiuorum? & .19. & .20
21 Limitatio Vigesima septima.
22 Filius seorsũ habitãs a patre sed nõ ab auo an possit libere cõtrahere?
23 Patris appellatiõe, aliquãdo nõ uenit auus. lз sec⁹ sit regulariter. nu. 24.
25 Ratio quæ sit in. l. lege iulia. ff. de rit. nupt. & . l. patri. ff. de adulter.
26 Habitatio separata filii, debet esse ab eo in cuius est potestate.
27 Intellectus præcedentium. §§.
28 Vxoris appellatione uenit spõsa, licet proprie secus sit. nu. 29. & .32.
30 Spõsa ideo sic dicta a uerbo spõdeo.
31 Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

§. XIII.



EV HABITENT ET VIVANT SEORSVM AB EORVM PATRIBVS CVM EORVM VXORIBVS ET FAMILIIS Not. ex hac prag. ꝙ ad hoc ut filius possit libere contrahere, & cõtractus ualeat, debet ab eius
1 patre habitare & uiuere seorsum ✝ idest separatim. Istud. n. aduerbium hoc importat, & ita exponitur: usitatũq; est tam in iure canonico q̃ ciuili c. i. de his quæ ui metus ue cau. fiũt. & . c. in causis. de elect. l. i. ff. de offic. cõsu. & instit. de obliga. q̃ ex quasi delicto. §. fi. & utrobiq; Glos. Cõfir
2 maturq; p istã ꝑpõnẽ ab, q̃ ✝ de sui natura regulariter separationẽ ĩportat. ut not. p gl. i. l. si ex duob. i prin. ff. de duob. reis. & Bal. in. l. iii. §. si p uenditorẽ. ff. de actio. empti. ¶ Hoc uerbũ familia ✝ quatuor significationes habet. Primo capitur, p substãtia

& bonis. Secundo pro congregatione plurium personarum in una domo existētium sub eodem patre fa. constitutarum, sub qua etiā uxor cōtinetur: & licet de ea specialis mētio fiat, est sicut illud Euange. dicite discipulis & Petro, cum etiam petrus esset de discipulis. Tertio capitur ꝓ cognatis & agnatis, ut illud, uolo ꝙ talis fundus remaneat in familia id est agnatione. Quarto capitur ꝓ casata & stirpe, ut cū dicimus talis est de familia talis. tex. est qui spetialiter prædicta enumerat in. l. pronuntiatio. §. familiæ. ff. de uerbo. signi. ubi Alciat. sed ista prag. (ut credo)
4 ✝ de prima & secūda significatiōe intellexit. Est ergo necesse ꝙ filius fa. cum uxore & gente totius domus ac cum bonis separetur a patre suo, cū ratione interesse bonorū facta fuerit hæc prag. ut supra pluries dictum fuit, quod tanto magis demonstratur, quia hæc prag. non solum uult ꝙ habitet separate a patre, sed etiam
5 ꝙ uiuat separatim, ✝ Illud. n. habitare separatim, respicit secundam significationem, & sic ipsas personas, Viuere autem separate, respicit primam, & sic bona, clarum. n. est, ꝙ qui uiuunt in communi, bona tenent in cōmuni, & sic in effectu, illa uerba uiuere seorsum, non aliud uidentur importasse, q̄ separationem redditiuum, & bonorum: postq̄ de habitatione separata personarum dixerat, per illud uerbum habitare. Expressio tamē istius uerbi familiis, fuit ad maiorem declarationem, cum utiq; si id solum dixisset seu habitet seorsum, intelligeretur cum familia, Quoniam ut dicit Bal. cons. 61. uol. i. statuto ciuitatis trigesti. quem sequitur Alex. in. l.
6 lex cornelia. ff. de iniur. ✝ habitare, propriè dicitur quis, ubi cum eius familia & bonis degit. quod referēdo sequitur Gramma. decis. 87. ubi
7 latius de hoc uerbo. Ex quibus ✝ limita Vigesimo quinto hanc prag. ut non procedat in filio qui separauit se a patre quo ad habitationem tantum, non autem quo ad bona, cum ex hoc non esset sublata causa quæ induxit cōditores istius prag. ut proxime dictū est. ¶ Quæro iuxta prædicta, pone ꝙ filius fa. propter pestem recedit a patre cum uxore, & familia, & uadit ad aliam ciuitatem, demum, cum ibi esset, contraxit sine solemnitate istius prag. nunquid talis contractus ualebit? Breuiter te
8 neo ꝙ non. ✝ Primo per ea quæ ponit Bal. in. d. consi. 61. ubi ꝙ si quis propter pestem in ciuitate degentē, fugerit ad comitatum ad aliquā domum ibi existentem, & dum ibi esset, donauit omnes domos quas ipse habitabat, non uenit illa domus in quam confugit propter pestem, non animo habitandi. Secundo per ea quæ dicit Gramma. d. deci. 87. ubi
9 prædicta referens dicit ✝ ꝙ uerbū habitare est frequentatiuum, & ideo de rara, & momentanea habitatione non est intelligendum, sed de ea quæ fit animo residendi. Tertio per ea quæ diximus, quia in terminis istius prag. debet filius diuidere se a patre ratione bonorum, quod cum nō fuerit factum, tam respectu præsentium q̄ futurorum, ultra ꝙ non est

satisfactum

ſatisfactum huic prag. demõſtratur
dictam habitationẽ ſeparatã, fuiſſe
factã ob aliud, q̃ ut re uera ſe ſepe-
10 rent. Quæ Not. ✝ pro intelligentia
generalis indultus, nuper æditi per
Sereniſſimum Regem Noſtrum Phi
lippum. ubi habetur ꝙ qui habent
partes offenſas, nõ poſſint per octo
miliaria accedere ad terras, ubi re-
periuntur habitare dictæ partes of-
fenſæ, Vt ſic ſcias quando partes di
cantur habitare in loco, ad effectũ
dicti indultus. ℂ Not. ex hac prag.
ꝙ qui habitat ſeorſum a patre, po-
teſt contrahere ſicut emancipatus,
& ſic uidetur reputari tanq̃ emanci-
11 patus. cum hac prag. ✝ concordat
ſtatutum tholoſanum, in quo hoc
idem diſponitur. Secundum Guliel.
benedict. in repe. c. Rainutius. in
uer. matrem inſuper cleram. num.
25. parte prima. ubi dicit extare ſta
tutum ꝙ ſeorſum commorans a pa
tre, reputatur pro patre, & emanci
pato. Ex quo ſequitur unum ſecun-
dum eund. ꝙ talis filius qui ſeorſum
habitat a patre, poteſt facere teſta-
mentum, ac ſi eſſet emancipatus ha
bitando tamen ſeorſum eo modo
quo iſta prag. requirit. Et in hoc p-
deſſe poterit iſta prag. quoniam ip-
12 ſa ceſſante ✝ de iure communi fi-
lius qui ſeorſum habitat a patre non
poteſt teſtari, neq; contrahere, ni-
ſi doceat ſe habitaſſe per decenniũ.
ſecundum eund. Guliel. in præalleg.
loco. per. l. i. C. de patr. poteſta. poſt
Bal. in. l. poſt mortem. ff. de adop-
tio. Sed breuiter, quo ad iſtã prag.
prædicta non procedunt, ut filius
fa. (eo ꝙ ſolũ ſeorſum habitat a pa-
tre) teſtari poſſit, niſi concurrat ẽt
illud quod ius cõmune requirit. uide
licet habitatio ꝑ decẽniũ, iuxta. d. l. i.
C. de patr. poteſ. Ea q̃dem ratione,
q̃a hæc prag. nõ emanauit, ut daret li
centiã cõtrahẽdi, filiis fa. ſed potius
ut reſtringeret eorũ poteſtatẽ: ut ſu-
pra dictũ fuit in. §. Vel emancipati.
nu. 59. & in illis caſibus in q̃bus an-
tea poterãt, ſed q̃a nõ poterãt antea,
filii fa. teſtari (ẽt ſeorſum habitãdo
a patre) niſi ꝑ decenniũ habitaſſent,
ſeq̃tur ꝙ hæc prag. ad teſtamẽta nõ
ſe extẽdit. ut ẽt ſupra cõcluſum fuit.
§. Vel cõtractus. nu. 26. Et ſic ꝙ nec
hodie teſtari poterũt niſi eo modo
& forma qua poterãt de iure cõmu-
ni: Alias ſi ſecus diceretur ſequeren
tur tria incõuenientia. Primum, ꝙ iſta
prag. quæ emanauit ut reſtringeret
poteſtatem filiorum fa. operaretur
contrarium effectum, ipſam ampliã
do, & dando eiſdem poteſtatem te-
ſtandi, quam de iure communi non
habebant. contra. l. iii. §. ſi emanci-
patus. ff. de contra. tabu. l. iii. ff. de
adime lega. l. iii. §. diui ſeuerus. ff. de
13 carbo. ædict. Secundum ✝ quia indu
ceretur correctio iuris cõmunis ui-
delicet. totius titu. inſtitu. quib. non
eſt permiſ. face. teſta. cũ ſimi. in caſu
in quo nõ apparet. prag. correxiſſe.
contra. l. præcipimus. in fin. C. de ap
pella. q̃ maxime cũ hæc prag. ſit odi-
oſa ut ſupra dictũ fuit in. §. Et de ex
preſſo cõſenſu nu. 56. & merito re-
ſtringẽda. c. odia. de regu. iur. in. vi.
. l. quod fauore. C. de legi. Tertiũ, q̃a
ſi hæc prag. ẽt in teſtamentis loquere
tur, ſequeretur ꝙ filius fa. poſſet te
ſtari cũ conſenſu patris, dato ꝙ non

habitaret seorsum cum in hac prag. ista duo sint etiam equiparata uidelicet.contrahere cum consensu, & cõtrahere habitãdo seorsum, quod
14 quidem ✝ esset similiter contra ius commune.l.illa institutio.ff. de hæred.institu.& institu.quib.non est p̃miss.face.testa.in prin. Nec obstant quæ Gulie. dicit quoniã ea uera sunt interminis illius statuti tholosani, quod quidem emanauit ad hoc principaliter ut filius fami. seorsum habitans reputetur ut emancipatus,nõ aũt poterunt procedere in hac prag. quæ licet idem statuat in uno quod in alio,tamen ut dictũ est,non propter hoc equiperat eos in casibus in q b⁹ de iure cõmuni nõ poterãt cõtrahere, cũ ipi⁹ intẽtio nõ sit eorũ potestatẽ ampliare, sed restringere: qđ etiam clarius patet per istam dictionem seu, quæ est posita post uerba emãcipati,cuius dictionis natura est
15 ✝ ut ponatur inter diuersa, & stet ampliatiue ad rẽ diuersã.ut.not.per Bar.in.l.si quis ita.in fin.ff. de auro. & arge.lega. Cæpoll.consi. ciui.57. nu.4. Rip.in rub. ff. de inter dicti. nu.22.& Grat.cõs.157.nu.42.uol. ii.licet aliquãdo secũdũ Bar. ibi ĩẽ, in ultimis uoluntatibus, earũ fauore habeat uim copulatiue, & cõiungat sensũ,licet disiungat uerba.¶ Quæro quid si filius separatus est a patre cũ uxore & familia ut ista prag. requirit,demũ pater uadit ad habitãdũ cũ filio, nũqđ poterit isto casu cõtrahere? Hãc.q.ponit Guliel.bened.in repet.c.rainutius. in uer. matrẽ insup clerã.nu.25.parte prima de testa.&
16 dicit ꝙ sic:quoniã ✝ nũc nõ cẽsetur fili⁹ habitare cũ patre sed filius principaliter & de per se,& pater accessorie.Idem Cassa.in cõsuetu. burg. titu.des enfans rub.vi.§.iii. nu.23.
17 Ex qbus ✝ limitabitur hæc prag.Vigesimo sexto ut nõ ꝓcedat, quando pater habitat cũ filio. ¶ Quæro qđ si filius fa.non habitat seorsũ ab eius patre sed simul,uerũ contrahit ut se redimat a captiuitate,nũqđ talis cõtractus ualebit? Roma.in specie cõsuluit cõs.316.circa ꝓpositũ.col.fin. uer.postremo.ꝙ sic, Dicit.n.i simi-
18 li statuto, ✝ prohibente mulierem contrahere sine consensu consanguineorum, ꝙ non habet locum, si contrahat ut se redimat: Et ante eũ Bal. in auth. si qua mulier.C.ad macedo. & in cons. 213. occurrit dubium.uol. i. ubi magis in spetie de filio fam.prohibito contrahere sine consensu patris, ꝙ poterit se obligare pro redemptione:Pro qua qui
19 dem opin. facit quia ✝ leges prohibentes contractus relaxantur in illis qui pro captiuorum redẽptione celebrantur.l. ꝗuis. & seque. ff. solut. matri. ubi ꝙ mulieri permittitur rẽ dotalem alienare ,ut redimat parentes : cum alias secus sit. auth. siue a me. C. aduellea. cum aliis quæ adducit Tiraquell. tract.ll. connu.glo.vi. q.35.nu.272.Distinguũt tamẽ aliq Docto.istã opin.ꝓcedere, quãdo se redimeret a captiuitate hostium, nõ aũt a captiuitate carcerũ curiæ, ꝑp eius de merita.Inter quos Glos.in.c. nõ satis.in uer. ꝓpter debitũ.86.dist.in.Iser. in.c. porro.§. itẽ si fidelis. ubi ẽt Aluaro. quæ fuit prima. cau. benefi.ammiss.& Afflict. in cõstitu.

regn. domini a uaxallis. ij. nota. & in
cõsti. q̃ plurimũ. iij. nota. licet alij te-
neant in distincte dictam opin. inter
quos Bal. Imol. Roma. & Alex. in. d.
l. q̃uis. & seque. Glos. in. c. sacrorũ.
12. q. ii. & Bal. in. l. illud. C. de sacro.
20 sanct. eccle. Alij uero + aliter tenẽt
distinguendo ꝙ aut talis contractus
tendit in præiudicium alterius, ut
quia alienaretur res subiecta resti-
tutioni; & tunc talis contractus ua-
let cũ illa prima distin. Aut non est
subiecta restitutioni & tunc indi-
stincte ualet contractus, siue ut re-
dimat se a captiuitate hostium, siue
carcerum. Vt tenent Imol. Roma.
& Alex. ita distinguendo in. l. mar-
cellus. §. res quæ. ff. ad trebelle.
Deci. & Fely. in. c. quæ in eccle-
siarum. de consti. Ias. in. d. auth. res
quæ. col. vi. uer. sexto & ultimo. C.
commu. de lega. & post omnes Ti-
raquell. in præallega. loco. nume.
21 280. Per quæ limitabitur + hæc
prag. Vigesimo septimo ut non p
cedat, quando filius contrahit ut se
redimat, aut patrem a captiuitate,
intelligendo tamen ut proxime di-
ctum est. ℭ Quæro iuxta ista uer-
22 ba, + pone ꝙ filius habeat pa-
trem & auum, & habitet seorsum
a patre, simul tamen cum auo, nun
quid propterea poterit libere con-
trahere tanq̃ habitans seorsum?
Prima facie uidetur dicendum ꝙ
sic ex quo ista pragmati. requirit
habitationem separatam a patre,
23 & nihil dicit de auo + qui patris
appellatione aliquando non uenit.
ut est uidere ex. l. lege iulia. §. hoc
capite. ff. de ritu. nupt. ubi prohi-
tus ducere in uxorem eam cuius pa
ter exercuit artem ludricam, non in
telligitur prohibitus ducere eam,
cuius auus & non pater exercuit.
Item ex. l. patri, cum. l. seque. ff. ad. l.
iulia. de adulte. ubi ꝙ licentia data
patri ut occidat filiam in adulterio
deprænsam, non extenditur ad auũ.
Sed breuiter in hoc casu, sic Puto
distinguendum: ꝙ Aut nepos est
emancipatus respectu aui, ita ꝙ
non sub est amplius potestati ipsius,
& tunc non est dubium ꝙ potest cõ
trahere q̃uis habitet cum eo, Ex quo
quantum ad potestatem & bona re-
putatur ut extraneus, & nihil extat
quod in contrarium obsit. Et idem
erit si non fuerit emancipatus ex-
presse sed tacite per habitationem
diuturnam quam fecit ipse & pater
eius seperatam ab auo iuxta. l. i. C.
de patr. potesta. Aut non est eman-
cipatus sed in potestate aui extat, &
tunc similiter non est dubium ꝙ cõ
trahere non potest, q̃uis seorsum
habitet a patre, in cuius potestate
non est. §. admonendi. institu. qui-
bus mod. ius patr. potesta. solui.
Nec obstant præallegata iura ꝙ ap-
pellatione patris, aliquando non ue
24 nit auus + quoniam regula iuris in
hoc est in contrarium. l. iusta. ff.
de uerbo. signi. & . d. iura loquun-
tur in casibus specialibus. ut dicit
Glos. in. d. l. iusta. & in quibus non
militat eadem ratio in auo, quæ in
25 patre + nã ideo in. d. l. lege iulia. non
cõtinetur auꝰ. secũdũ Alciat. ibi quo
niã quo magis gradu discedit, eo mi-
nus artis infamia descẽdẽtes afficit,
& similiter. i. d. l. patri ideo nõ cõtine

tur quoniam ad eius dedecus adulte ræ turpitudo non ita pertinet ficut ad patrem fanguine iunctiorē.ficuti ratio istius prag.de qua fupra diximus in.§.ꝙ ex nunc.nu.15.cum feq.
26 ita militat in auo ficut in patre. ✝ In terminis igitur istius prag.habitatio feparata, debet esse ab eo in cui po-
27 testate est filius.Et ita ✝ etiam debet intelligi quæ dicta funt in fuperioribus.§§.ꝙ filius debet contrahere cum confensu patris, uel debet esse emancipatus, nã confensus & emancipatio illius requiritur in cuius fit potestate.quæ bene nota. Quæro in hac pragma. in qua uxoris fit mētio quid in fponfa? Nunquid etiam cũ ea debet habitare feorfum a patre?
28 Videtur prima facie ꝙ fic ✝ quia uxoris appellatione uenit fponfa.l. in legibus.ff.de rit.nupt.&.l.non fine.C.de bon. quæ liber. Sed uerius loquendo,cõtrarium teneo. Ea quidem ratione, quia cum fimus in statuto, uerba proprie & fpecifice capi debēt.uulga.l.iii.§. hæc uerba. ff. de negoti. gest. ut & latius diximus fupra in.§. Et de expresso cõfensu.
29 nu.55.Vxoris autem ✝ appellatione uere & proprie non cõtinetur fponfa.l.fi quis.ff.de rit.nupt.&.l. ea quæ la.ii.cum fimil.ff.ad municipa. & ratio est fecundum Abba.in rubri. de
30 fponfa.nu.3. quia ✝ fponfa dicitur idest ꝓmissa,a uerbo fpōdeo, post contractum uero matrimonium q̃a promissio est adimpleta,nõ amplius fponfa proprie dicitur fed uxor, li-
31 cet non fit fequuta copula.quia ✝ nuptias non concubitus fed confensus facit.xxvii.q.ii.c.fufficiat.&.c. cum initiatur. Nec obstant iura primo lo-
32 co aducta ✝ quoniam large & improprie procedunt. fecũdum eund. Abb.in.c.i.nu.5.de cleri.coniuga.& Iaf.in.l.gallus.§.instituens.num.12. ff.de liber.& posthu. Quod quidem tanto magis uerum est, quia ex rerũ experientia uidetur, ꝙ non est (nisi raro) reperire fponfam quæ uere & proprie fponfa fit, & cũ fponfo habitet.nam eo ipfo ꝙ fimul habitant quia transducitur ad domum fignũ extat ꝙ matrimonium est completum;& fponfæ nomen non amplius retinet merito.&c.

Profper Carauita.

SVMMARIVM.

unum prodest aliis.

16 Appellans, si nominet unum aduersariorum, an dicatur acquiescere quo ad non nominatos?

17 Statuta loquentia in appellatione, procedunt etiam in supplicatione.

19 Appellatio, conceditur a notoria iniquitate legis, licet non seruetur. numero. 20.

§. XIIII.

Die. XXX. Mensis Augusti. 1525. De ordine Curiæ &c.



T POSTEA INSTANTIBVS ET SVPPLICANTIBVS ALIQVIBVS EX DICTIS NOTARIIS ET ACTVA-
1 RIIS + Hæc dictio postea, non differt a dictione post secundũ Bar. in. l. fructur. ff. solut. matrimo. sed utraq; denotat interuallum temporis. Aliquando uero capitur pro incontinenti (licet Ias. ibi. num. 4. non
2 approbet.) De sui tamen natura + dictio postea, denotat interuallum temporis. secũdum eundem Ias. per tex. & Gloss. in. l. pacta conuenta. in princ. ff. de contrahen. empt. l. iuris gentiũ. §. quinimmo. ff. de pac. idẽ refert & sequtur Cagn. in. l. ii. nu. 22. ff. de origi. iur. ubi allegat Alex. cõsi. 99. in fin. columna prima. uolumi. iiii. Bologni. consil. 37. colum. iiii. pro ut in hac pragmatica interuallũ denotat. Nam prima dispositio fuit ædita die septimo Iulii. anno. 1525. Secunda uero quæ est ista die. XXX. Augusti eiusdem anni. prout ego habui eas a registro inferni magnæ curiæ Vicariæ anteq̃ imprimerentur, pro quadam causa quæ tũc mihi occurrit. ¶ Notaq; post lapsum tot dierum, a die factæ primæ dispositionis, fuerunt admissi isti supplicantes aduersus eam: Et non est mi-
3 rum quoniam + aduersus legem (a qua aliqui sentiunt se grauatos) aut appellant aut supplicant: si appellãt, debent obseruare tempora appellationum: si supplicant possunt quandocunq; supplicare principi. per ea quæ dicit Bald. in. l. i. §. sancimus. C. de latin. liber. tolle. ubi de hoc expresse loquitur. Et post eum Ioan. Bapt. de sanct. Seue. in repe. l. omnes populi. v. q. princ. q. fina. uer. oritur:
4 Sed in sententia + infra quantũ tempus fiat supplicatio. uide in authen. quæ supplicatio. C. de preci. impera. offe. & ibi Dec. Not. ista uerba instantibus & supplicantibus quoniã denotant q; isti notarii & actuarii fecerunt magnam importunitatem:
5 Et credo q; sit figura Endiadis + quæ est cum ex duobus unum dicitur: Et propterea ista uerba debent exponi idest supplicãtibus cum instantia: Et in simili est exemplum illius carminis pateris libabat & auro: idest pateris aureis quod allegat Gloss. in. l. lucius. §. caio. ff. ad trebell. Item est exemplum. in dicto. §. caio. ibi semissem patrimonii & portionis restituat: & exponitur semissem patrimonii, in portionẽ di-

tis (prout de hac figura multa plura ponit Alciat. de uerbo. significa. lib.iiii.) ¶ Istud tamen quod hic di
6 citur supplicantibus, + intellige locumtenenti & collaterali Consilio, quia si intelligeres magnæ curiæ, im proprie diceretur supplicatio.secũdum Affli.in constitu. regni magnæ curiæ nostræ. in.vi. nota. Quia sup
7 plicatio + propriæ tũc dicitur,quãdo supplicatur a sententia regis, uel præfecti pratorio ipsismet.Allegat. l.i.C.de senten.præfect.præto. auth. quæ supplicatio.Vbi Gloss.in uerb. præfectis.C.de præci.imper. offere. & ponit Rebuff.in comment. cõsti. franc. tract. de supplica. uer.iii.nu.
8 86.uol.i. ubi + inter alias differentias quas dicit esse inter appellationem & supplicarionem dicit, ꝙ in appellatione cognoscit alius iudex q̃ qui primo iudicauit: In supplicatione uero illemet, Rationem tamen diuersitatis ponit Ia. in. d. authen. quæ supplicatio.num.1. idem tamen quod uolunt Afflict.& Rebuff.reperii postea tenere Marant.in sua practica.ii.parte ultimæ partis.num.1. uer.tertio differt: q̃uis dicat. nu.13. ꝙ sit dare casum in quo a sententiis inferiorum iudicũ fiat supplicatio: ut puta quando esset eisdem com missa aliqua causa, appellatione remota,quia tunc ab eorum sententia supplicaretur ipsis met. Sed dicet aliquis postq̃ dictum est,ꝙ supplicatio fit regi, seu præfecto prætorio, ab ipsorum sentẽtiis, quomodo in hac prag.a mandato facto per magnam curiam,supplicatur?cum non suppli plicari sed appellari debebat? Respondetur ꝙ quotiescunq; iudex inferior (prout est magna curia respectu collateralis Cõsi.) facit aliquid de ordine superioris, Distinguitur ꝙ Aut illum ordinem superioris præ
9 cessit relatio inferioris, Et tũc + quia superior dicitur ordinasse ad relationem alterius,datur appellatio.l.i. in prin.ff.quãdo appella.sit.l.i.§.idẽ quæsitũ.ff.de appella. uoluit Roma. consi.521.Socci.195.uolu.ii.late Capici.decis.111.Gramma.decis.35.& Rebuff. d.tract.num.49. Ratio est quia potius error seu imperitia relatoris q̃ sententia principis arguitur, ut dicũt præfati Doct.& post eos Facundissimus tempestate nostra,non dũ satis bene laudatus, & nuper meritissime in Regia camera Summariæ ad officiũ fisci patroni assumptus,Dominus Federicus Longus, in quibusdam Allegationibus quas habeo ad pennam, in fauorem condã Magnifici Mutii de Vgnio.licet sub iiciant Capici.& Rebuff. ꝙ male seruatur,& ꝙ cõmunis stilus est contra ut isto casu appellari debeat ad eundem superiorem male informatum
10 & melius informandum. + Aut illũ ordinem superioris nulla præcessit relatio inferioris,sed superior ex se ordinat inferiori ꝙ faciat tale bannum aut talem pragm. pro ut hic,Et tunc a tali banno siue prag. non appellatur sed tantum supplicatur, ex quo facta de ordine superioris.ut expresse dicitur in.d.l.i.per Bal.in.l. fin.nume. 4.uers.quæro.C. de relat. & communiter per Docto. præsertim Bar.& Imo.in.d.l.i.§.quæsitum .ff.de appella.& est tex.in authen. in

medi.lit.§.i.uer.quod enim. Ex quo
11 sequitur unum correlarium + contra illud, quod præteritis diebus opponebat, Eruditissimus Doct. Dominus Ioannes Nicolaus Carauita, Prouinciarum Principatus citra, & Basilicatæ fisci patronus, contra Ill. Comitē, Cōsiæ, in ciuitate Venusii: ꝙ post ꝗ ꝑ atus Ill. Comes, iteruenerat diffinitioni cuiusdā primæ causæ, facta qꝫ erat relatio corā eo, dederatqꝫ oretenus uotū suū (quis ipse haberet secūdas causas) nō deberet amplius a sentētia illius iudicis q sentētiauit, facta relatione corā eo, appellari ad ipsum Comitē: ex quo secūda cā est extincta: Nā cū supra fuerit cōclusū p. l.i.ff.quā lo appell. sit ꝙ quotiescūqꝫ superior ordinat ex relatiōe inferioris, pōt appellari, ex quo eius relatio cōsideratur, debet posse appellari a tali iniqua relatione ad eundē baronē, cū esset: poterit ꝙ uisis per eū actis (si relatio fuit iniqua) reuocet sententiā, dato ꝙ ei dedisset uotum male informatus. Cogitabis tamen.
12 qa + .l.nō puto.ff.de iur. fisc. hodie male seruatur & practicatur per cōtrariū. ¶ Quæro quid sit supplicatio? de qua in hac prag. fit mētio, In
13 quo dicas ꝙ est idē + quod reclamatio, ut dicit Marant. in sua pract. ii. parte ultimæ partis.nu.11.uer. reclamatio. Plus dicēs.nu.4.ꝙ in iure nostro, ultra ista duo uocabula, reperiuntur alia suspensiua causarū. v3. appellatio, prouocatio, relatio, recusatio, querela, reductio, & dilatio, pōnens exemplū & declarationē in quolibet ipsorū.& Rebuff.in.d. tra.
14 q.ix.nu.95.ubi latius + quid sit ista supplicatio? quotuplex sit? quare fuerit inuenta? quis possit eam præsentare? a quibus supplicetur? an (ipsa pendente) possit exequi sententia? quoties recipi & dari potest? quādo cōcedatur uel denegetur? infra quod tempus expediri debeat? quid differat ab appellatione? & quid sit supplicationis effectus? & de aliis ad ipsius supplicationis materiam pertinentibus. ¶ Not. ex illis uerbis aliqui
15 bus, quæ sunt in tex. istius prag. + ꝙ supplicatio facta ꝑ aliquos ex sociis prodest omnibus aliis, idqꝫ de iure receptū est, etiā in appellatione. Vt si ex pluribus condēnatis, unus appellat & uincat, uictoria prodest etiam non appellantibus.l.i.&.ii.C.si unus ex pluribus.dū tamen sit eadē defen
16 sio: sicut e conuerso + si tres habuerunt sententiā in fauorem, & eodem natus, appellādo. unū tantū ex eis nominauit, non uidetur per hoc acquieuisse sententiæ quo ad alios: immo etiam quo ad eos uidetur appellasse. l.iii.§.i.ff.de appella.& dicit Bal.in. d.l.i.C.si unus ex plur.& quamuis. d. l.iii.§.i.uideatur contra.d.l.i.tamen Glos.d.l.iii.§.i.in.i.&.ii. solu. concordat. Quod quidem adeo uerū est
17 ꝙ + statuta loquētia in appellatione, locum habent etiam in supplicatione. ut dicunt Salicet.& Angel.in.l.i. §.penu.C.de tempo.appella.Glo. in l.unica.C.de senten. præfect. præto. & refert Rebuff.in.d.tract.q.ix.nu.
18 95.præterq̄ + in undecim casibus per eum enumeratis, in quibus patēt differentiæ inter appellationem & supplicationem. ¶ Not. bene ista uerba instantibus & supplicantibus ꝙ

ex eis patet, istos notarios fuisse cautos, potius supplicãdo a dispositione primæ prag. q̃ appellãdo. Et q̃uis Bal. in. d. l. i. §. sancimus. C. de latin. liber. tolle. & Io. baptis. de sant. Se
19 ue. d. l. omnes populi, sentiãt + posse de iure appellari ab iniquitate & iniustitia legis, (ut diximus supra. nu. . idq; etiam uoluerit Iser. in titu. de prohi. feu. alie. per Fede. §. praterea. & Par. in tract. sindi. §. An si rex Siciliæ. nu. 3. fol. mihi. 46.) dicẽtes posse appellari ad papam. Intelligendo ut per Abba. & Deci. ibi in c. si duobus. nu. 11. in factis notorie iniustis, & eund. Deci. in. c. nouit. in Glos. iudicare. nu. 63. de iudi. Tamẽ
20 hoc hodie + non seruatur a multis temporibus & ueh illi qui taliter appellaret, sicq; seruari in regno franciæ testatur Rebuff. in. d. tract. q. ix. nu. 53. dicens fuisse declaratos reos criminis lesæ maiestatis qui ab ordinationibus & reformationibus regis appellauerant: cum non appellare, sed supplicare debebant: Allegat cons. Bal. 217. ergo puto uol. iii.

Prosper Carauita.

SVMMARIVM.

1 Declarans, nihil noui facit.
2 Articuli, etiam post terminum declarari possunt.
3 Citatio partis an in declaratione decreti requiratur?
4 Expositio uerborum prag.
5 Declarare & interpretari, eius est cuius est condere.
6 Declaratio legis operatur idẽ quod ipsa lex.
7 Declarandi ius est psonalissimum.
8 Iudex non potest declarare sententiam sui prædecessoris.
9 Declaratio primæ prag.
10 Contractus facti contra. l. an & quã do sint nulli?
11 Intellectus. l. non dubium. C. de legi.
12 Notario prohibito accipere, prohibetur etiam uolens dare.
13 Scholari prohibito audire lectionẽ, prohibetur etiam lectori lectura.
14 Correlatiuorum regula quæ sit?
15 Mulier ut ammictat priuilegium, debet certiorari per notarium.
16 Intellectus uerborũ secundæ prag.

§. XV.



VIT DE ORDINE DICTI ILLVSTRISSIMI LOCVM TENENTIS DECLARATVM ET ORDINATVM QVOD SI ACTVARII ET NOTARII ET ALIQVIS IPSORVM INTERROGAVERINT PARTES STIPVLANTES SE OBLIGANTES SI SINT PATRES FA. EMANCIPATI ET HABITANTES SEORSVM A PATRIBVS CVM EORVM VXORIBVS ET FAMILIIS ET HABILES VT SVPRA CVM DECLARATIONE PRAEDICTAE ORDINATIONIS. Per ista uerba declaratum, apparet

paret ꝙ in hac secunda dispositio- ne, non intendit author facere ius
1 nouū † Qui enim declarat nihil no ui facit. secūdum Bal. in. l. cum testa- mēto. C. de testa. manu. per tex. in. l. huic scripturæ. §. penu. ff. ad. l. aql. Oldra. consi. 100. Grat. consi. 139. nu. 19. uol. 1. Abb. in. c. ex parte. nu. 4. de consuetu. & Afflict. in consti. regn. exceptionem. 1. nota. q. v. nu. 6. ubi per hoc dicit ꝙ habēs terminū
2 ad articulandū, † potest post termi num, articulos declarare. Allegat Io. andr. in addi. specula. titu. de test. §. nunc uidendum. uer. hoc quoq;. & Salice. in. l. q. fundū. ff. de contrahe. empt. Itē ꝙ licet in quolibet decre- to requiratur. citatio partis. l. de uno-
3 quoq;. ff. de re iudi. † Illud tamē se- cus est quando iudex uellet declara- re decretū alias latum. c. reprehensi- bilis. de appell. Fely. in. c. ii. col. ii. de sponsa. & Cass. in consue. burgū. in prohe. in uer. & declaration. Aduer te tamē quia hæc uera essent, nisi ex- tarent hic illa uerba ordinatū, Ex q- bus patet ꝙ non solum intendit pri mā dispositionē prag. declarare, sed ēt aliquid de nouo statuere prout sta tuit ꝙ notarii non teneantur ad pœ nam, facta interrogatione a cōtrahē tibus si sint emancipati uel ne, prout ista prag. requirit. Et in istis uerbis
4 † etiā potest esse figura Endiadis, id est declarando primam dispositio- nem ordinatum. de qua dixi supra. §. præcedenti nu. 5. ¶ Not. tamen ex istis uerbis, ꝙ sicut prima dispositio prag. facta fuit de ordine Illustrissi. locum tenētis, eodē modo & declara
5 tio ipsius. & non sine ratione, quia † eius est declarare & interpretari, cu ius est condere. l. fina. C. de legi. & c. iter alia. de sēt. excomu. Adeo ꝙ Re gēs, & Fisci patronus & (ꝙ plus est) tota magna curia, etiā si uoluisset ex se declarare non potuisset, ut ēt not.
6 Bal. in. c. ea quæ. de re iudi. Tū qa † declaratio legis operatur idē quod ipsa lex. l. ita fidei. ff. de iur. fisc. Cū etiam quia ut dicit Bar. in. l. inter sti
7 pulātem. §. i. ff. de uerb. oblig. † ius declarandi in tantum est personalis
8 simum, ꝙ iudex successor † non po test declarare sententiam sui præde- cessoris. ¶ Quæro postq̄ ista secū- da prag. processit ad declarādū pri- mā, in quo consistit eius declaratio?
9 & in hoc dicas ꝙ declaratio † i hoc cōsistit uidelicet ꝙ dispositio primæ quæ imponit pœnā actuariis recipiē tibus cōtractus a filiis fa. tunc demū procedat, quādo ipsi notarii non se cerciorauerūt ab eis de eorū condi- tione, sed quotiescunq; ipsi notarii se cerciorauerunt, & filii fa. ipsos deceperūt dicēdo mēdaciū, tūc nō ꝓ cedit ipsius dispositio, sed illius quæ ordinat in sequenti. §. ꝙ imputetur stipulantibus seu contrahentibus ad quos plus spectabat se informare, & notarii no teneantur, & acta non teneant. ¶ Vnum tamen scias, quia audiui super hac prag. fieri dubium, ꝙ cum in ea sint duæ dispositiones separatæ, tunc contractus facti per filios fa. sunt nulli (ut uerba istius se cundæ dispositionis indicant) quan do notarius interrogauit contrahen tem si esset filius fa. uel seorsum ha- bitans a patre uel ne, facta de hoc nota in instrumento (ut hic dicitur)

& dixit sibi mendatium. Alias si notarius accepisset contractum a filio fa. & non fecisset diligentiam in interrogando contrahentem, cum de hoc non appareat in instrumento, tali casu non procederet ista ultima dispositio sed prima, quæ nullum uerbum dicit ꝙ acta sint nulla, sed solum ordinat notariis ne recipiant sub tanta pœna, Si ergo recipiunt, contractus ualebit, & notarius tenebitur ad pœnam. Sed certe negari non potest quin istud dubium sit satis subtile, & a uerbis prag. non absonum, tamen rectius cogitando, apparebit illud esse contra casum.l.non dubium.C. de legi. quæ dicit ꝙ sufficit legis latori prohibere, quia si secus factum fuerit, quis specialiter nō dixerit inutile esse debere quod factum est, nihilominus ad huc inutile, & pro infecto repu-
10 tabitur. Et ꝙ contractus + factus cō tra legem sit ipso iure nullus. tenent etiam Imol. & Fran. de Aret. in.l.i. col.iiii.ff.de testa. Alex. consi.24. nu.3.u. l.iiii.& Tiraquellan tract.ll. connu.glos.ii.nu.6.ubi ponendo ue
11 rum intellectum + .l.non dubium. dicunt ipsam procedere quādo lex prohibitiue loquitur dicendo ꝙ tale quid non fiat, secus si simpliciter dicat, uolo ꝙ tale quid fiat cū tali forma, nec ultra procedit annullando, quoniam si illa forma nō seruetur, actus ualet: Cum ergo prima dispo sitio prag. processerit prohibitiue loquendo cum notariis ꝙ non recipiant cōtractus filiorum fa. nisi sint emancipati, uel seorsum habitātes. iuxta regu.d.l.non dubium. & dictū intellectum, contractus aliter facti ipsa prag. prohibēte nulli essent, q̄uis expresse nōn dixisset & acta non teneant. Et si diceres ꝙ ista prag. loquitur ꝓhibitiue cum notariis, nec aliquod uerbum dirigit filiis fa. pro hibendo contrahere, dico ꝙ satis sunt prohibiti filii fam. contrahere, prohibito notario accipere contractum. per ea quæ dicit Bar. post C Io. in.l. inuitus. §.i.ff. de regu. iur. ubi
12 ꝙ + statutum prohibens notarium accipere aliquid ultra, prohibet etiā uolentem dare. quod referēdo sequitur Silua.con.31.nu.6.Curt.seni.cō si.11.Abb.& Fely.in prohe. decreta.
13 ubi ꝙ dispositio facta de scholari + ꝙ non audiat lectionem, prohibet etiam Doctori lecturam. ut etiam refert Curt.iuni.consi.6.num.13.& Silua.d.cōsi.num.5. Tanto magis, quia si ista prag. uult unum quod est con sequens, uidelicet ꝙ notarii non recipiant contractus a filiis fam. uidetur etiam uelle suum antecedens, quod est, ꝙ filii non possint se obligare: alias licentia, & facultas se obligandi, esset uana, cum non habeant notarios qui eorum contractus recipiant. ut in specie in simili statuto prohibente contractum, & non personam, tenet Ias. post Bal. & Salice.ibi. in auth. sacramenta pu berum. num.52. in fin.C.de rescin. uendi.per.l. illud.ff.de acqui. heredi. Dicentes ꝙ ex consequentia necessaria, est prohibita eorum persona prohibito contractu. Et istud nullam habet (iudicio meo) difficultatem. Correlatiua.n. taliter se
14 habent + ꝙ dispositum in uno, cen-

fetur dispositum in alio .l. fina. ubi Bar.& Ange.C. de indict.uidu. col. ie.l.fina.ff. ie acceptila. & .l.i.C. de cupress. lib. xi. & utrobiq; Bar. & Bal.in.l.nemo martices .C.de sacro sanct.eccle.Et hoc etiam si essemus in statutis correctoriis & pœnalibus ut hic. Secundum Bar.in.d.l. fina.C.de indict.uidu.ubi ponit exemplum, & idem Ange. ibi.& Imol. ind.l.fina.ff.de acceptila. Et ꝙ filii fa.sint etiam prohibiti contrahere, ultra præallegata, patet ex uerbis istius prag. in hoc.§.positis, ibi, Et Habil.s ut supra ex quibus patet ꝙ filii fa.contrahendo seruata forma prag. sunt habiles, & a cõtrario sensu ꝙ sunt inhabiles. Plus dico, ꝙ dato ꝙ eorum persona non esset prohibita ut supra probauimus, nõ per hoc sequitur ꝙ contractus non sit nullus, licet.n.non sit nullus ex persona eorum, tamen ex persona notariorum qui prohibiti sunt a lege ipsum recipere, & lege prohibente receperunt, nullus erit per.d.l.nõ. dubium. & ea quæ ibi dicunt præfati Docto. ꝙ si tanq̃ receptus contra.l.nullus erit, nullam parit & obligationem, etiam naturalem.l.cum lex. ff. de fideiuss.l. si quis inquilinos .§.fina.ff.de lega.i. per quæ iura ita tenet Ang.consi.160.nu.3.uer. contrarium.¶ Quæro quid sibi uolunt ista ultima uerba quæ dicunt cũ declaratione prædictæ ordinationis? Et in hoc alias cogitando, cum mihi uiderentur obscura, dedi duas interpretationes. Prima ꝙ p ista uerba teneretur notarius certiorare filios fa.de priuilegio eis concesso per primam ordinationem, siue prag. ꝙ ipsorum contractus facti sine expresso consensu patrum non ualerẽt: Quæ interpretatio mihi nõ placuit, quoniam cercioratio requi

15 ritur ad tollendum priuilegium. † Sicut in simili dicitur de muliere, ꝙ ad hoc ut ammictat beneficium uelleiani debet de eo a notario certiorari.ut dicunt Fely.& Docto.in.c.si diligenti. col.iiii.de for.compe.Alex. post Glos.in.l.sciendum.ff. de uerbo.obliga.& in.l.si duo.§.se.l iulianus.ff. de iure iur.ubi et Bar. Sed dato ꝙ filius fa.hic esset certiorat⁹,nõ per hoc tolleretur beneficium istius prag.sicut illud uelleiani, cũ ius tertii seu interesse patris ista prag.respiciat. Et ideo cogitabam secundo, posse interpretari & intelligi ista uerba, ꝙ notarius debeat præsentem prag.declarare contrahentibus cum filiis fa.ad hoc ut sciant quod contrahendo cum eis nihil faciunt, & contractus non ualet, ut demum dicere nõ possint quod si sciuissent nõ cõtraxissent: Sed quia prag.ista hoc non dicit, talis interpretatio esset mera diuinatio: Tantoq; fortius uidetur non esse bona, quoniam uerbis ipsius repugnat in illis uerbis interrogauerint partes stipulantes se obligantes si sint patres fa. &c. Quæ uerba, non respiciunt alios q̃ ipsos filios famil.Qua propter nunc melius cogitans super prædictis uerbis

16 † dico quod ista uerba debent coniungi cum prin.istius secundæ prag. Vt sensus sit, Et postea instantibus notariis, fuit de ordine Illustrissimi Locumtenentis,

cum declaratione prædictæ ordinationis, idest declarando prædictam ordinationem quæ est in prima dispositione seu pragma. quæ incipit Per Excellẽtem.ordinatum, & declaratum ꝙ si actuarii & notarii: Et talis credo ꝙ sic uerus intellectus istorum uerborum.

Prosper Carauita.

SVMMARIVM.

1 Vicinus & consanguineus, præsumuntur scire factum uicini, aut cõsanguinei.
2 Mendacium an faciat perdere priuilegium?
3 Statutum nõ debet de uento seruire.
4 Pœna priuationis beneficii, an & quando imponi possit? 5.&.22.
6 Mendacium ex quo quis cõmodum nõ reportat, qualiter puniatur? 14. 15.16.&.17.
7 Lex puniens facientem actum, non procedit in actu nullo.
8 Statutum prohibens cessionem, nõ uerificatur in cessione nulla.
9 Minor alienans feudum sine decreto & consensu domini, non perdit feudum.
10 Animus, multũ operatur in piurãdo.
11 Animus declaratur etiã ex actu nullo.
12 Additio hæreditatis, inducitur etiã ex actu nullo.
13 Periurium, Deum & hominem contristat.
18 Ignorans, potest dici deceptus.
19 Vasallus negans dominum, priuatur feudo si scienter neget.
20 Statum suæ personæ quilibet scire præsumitur.
21 Obligatio nulla oritur in contractu nullo.
23 Intellectus ad.l.cum a te. ff. de dolo.
24 Lucrari quis non debet cum aliena iactura.&.25.
25 Mendacium omni iure est prohibitum.&.26.
27 Testis pro saluãda uita hominis, nõ potest dicere mendacium.
28 Aduocatus, an possit uti malitiis & cauillationibus?
29 Soluens, si iterum conuenitur, an possit negare debitũ? & qualiter.nu. 30.
31 Mendacium extra iudicium an permittatur?
32 Iudex, an possit dicere mendacium ut extorqueat confessionem?
33 Dictio seu, multipliciter in iure capitur.
34 Dictio seu, in hac pragma. quo modo capiatur?

§. XVI.



